us meus:qui te odientes dilig; z exaltas. Si ergo nos qui nihil sumus tantũ dilig; q̃ es summ⁹:quõ nos miseri te non diligim⁹ q̃ es omne bonũ. O coꝛ meditantis quõ in tam excellenti dilectiõis affectu non deficis pre amoꝛe? Quid in h̃ deus voluit:nisi vt suo nos inebriaret amoꝛe. Quanta est hec creatoꝛis nostri dignatio:q̃ nos tantũ desiderat sibi ꝑ dilectiõis vinculuꝫ colligari. Quõ põt coꝛ hoĩs aliud cogitare? Ut sic ĝ nos exaltares de⁹ noster voluisti ꝑuulus nasci. vt nos bestiales ꝑ pctm̃ celestes faceres. voluisti inter bestias in pꝛesepio collocari z reclinari. O mira bonitatis diuine diffusio. O detestabilis nostroꝝ excecatio oculoꝛuꝫ. O glacies non coꝛ.cur nõ liquescis ad hunc caloꝛẽ. Heu mihi nescio ꝑ quã viã deus amplius nos reqrat exquo ꝑ hanc nos nõ hꝫ. Sed q̃d dicã? chr̃s q̃ est receptaculũ expulsoꝛum voluit fugere in egyptũ. Nunquid dñe iesu qui vbiqꜫ eras fugere indigebas? Non certe. qꝛ oẽs inimicos tuos in tua potestate tenebas. Sed hoc facere voluisti vt hec ꝓ me faciẽs tuũ mihi manifestares amoꝛẽ z ad te fugerem ꝑsecut⁹. O de⁹ me⁹ bñ video qꝛ totus es me⁹.z me vis totalit̃ possidere Sed q̃d plra? taceo vite tue ꝓcessuꝫ q̃ tot⁹ est dilectiõe plen⁹. z venio ad alapas z ꝯsputa. Certe h̃ dilectõis sig^m coꝛ hoĩs nõ sufficit cogitare. Si em̃ nihil amplius mihi vnqꜫ fecisses nec etiã factur⁹ esses nisi q̃ tu deus eternus in mea natura sustinere voluisti hec oꝓꝓbꝛia: deberem totalit̃ tuo igniri amoꝛe. Quid em̃ maius deo. z q̃d vili⁹ peccatoꝛe? Et tñ tu de⁹ voluisti ꝓ pctõꝛibꝫ a pctõꝛibꝫ conspui z illudi. O deus me⁹ q̃d fuit istud qm̃ a creatura tua quã in momento delere poteras sic vilia tolerasti. z dicentibꝫ te esse demonia cum benigne respondebas. O summa tue manifestatio charitat;:q̃ talia demoni-

actis audiebas. Quid tibi tantū cure erat de nob̄ q̄ te
oī opprobrio supponebas. Sȝ tua nimia dilectiōe h̄ su/
stinere voluisti placide. O cor plus q̄ lapideum. o cor
non cor. cur non accenderis ex amore: Lapis calore so/
lutus in es vertit. ꝛ tu ad tantū calorē imutabile psene
ras. vtinā ḡ lapideū esses nō carneū. Et q̄d pro mirabi/
lius q̄ q̄ caro cordis lapide durior ꝛ insensibilior inue/
nitur. Sed nonne dt dn̄s q̄ auferet a nob̄ cor lapideū:
ꝛ dabit nobis cor carneū: Imo exquo lapis citius imu
tatur q̄ cor carneū: det lapideū: cor carneuȝ auferendo.
ad verecundiā nostrā dico. O cor nequissimū. o cor ina
nissimū. o cor infidelissimū: cur te sic odis: cur te sic lace
ras ꝛ ꝯsumis: cur te sic fortiter diligentē nō diligis: O
cor crudelissimū cur mortē plus q̄ vitam diligis. cur te
querentē nō recipis. O lapides ꝛ creature insensibiles
flete vesaniā cordis mei. Certe dn̄e iesu etiamsi me odi
res: exquo deꝰ meus es ꝛ refugiū meuȝ. solus protector et
gubernator meus: te diligere deberem: quāto magꝭ cū
me tantū diligas: ꝛ me sequaris tuis bn̄ficijs fugientē.
Nam tantū me diligis vt te pro me odire videarꝭ. Non
ne tu iudex oīm voluisti p me iudicari ꝛ mortē turpissi/
mam ꝛ grauissimā sustinere. O deꝰ meꝰ q̄d mihi am/
plius facere debuisti: Certe si hoc mihi fecisset mimus
rusticus: ipm deberē diligere in eternū. ꝛ ego nō te dili/
gam deū meū. Nō dico q̄ sanguis tui effusio q̄ tota fu/
it plena charitate: ȝ plane solus tuus aspectꝰ me inebri
are deberet. quanto magꝭ ḡ tua passio grauissima ꝛ ig/
nominia plena. Certe me totū voluisti: q̄ mihi te totuȝ
tribuisti. Et quis requirebat h̄ de manu tua dn̄e mi: cur
tibi cure fuit de tam vilissima creatura: Certe nihil ali
ud nisi tua maxima bonitas ꝛ imensa dilectio h̄ exegit.
Nam si non redimere volebas aliter facere potuisti: ȝ

sic facere dignatus es: vt nos tuo amplius inflāmares amore. O amor et desideriū cordis. o dulcedo et suauitas mentis. o ardor et inflāmatio pectoris. o lux et claritas oculoꝝ. o auriū pulcra simphonia. o hostia deo patri odorifera. o melliflua gustatio fluxꝰ sanguis. o amātissima palpatio lateris. o aīa mea. o vita mea. o viscera cordis mei. o medulla ossium. vegetatio carniū. sensificatio organoꝝ. intellectus. inspiratio et exultatio mea. Cur ergo non sum conuersus totus in tuū amorē? quare aliquid est in me nisi amor. Quō possum aliud aliqd cogitare vel meditari? Et quid amore tuo dulcius? quid amplius cupio? cur ergo non sum illo illaqueatꝰ et captus. Undiqꝫ circūdat me amor tuꝰ: et nescio quid sit amor. Sꝫ heu mihi cur sic insensibilis maneo sine causa. cur vanitas plus q̄ tu q̄ es veritas me allexit? cur iniq̄tas plꝰ q̄ saluatoris mei benignitas me attraxit? Cur stercorum odiū plus q̄ mei creatoris et redemptoris amorem nimiū adamaui? O quantuꝫ dilexisti hoīem deus meus. nō solum in cruce ꝓ ipō pependisti: sꝫ etiam apud inferos ipm visitasti: et tecū ad supos reduxisti. Nonne potuisti dn̄e iesu ꝓ ipō mittere aliquē angeloꝝ nisi ipm extraheres ꝑ teipm. Cur vis hoīem vbiqꝫ sociare? cur in oīm loco vis cū hoīe habitare? Quid hꝫ nisi vilia et mala ipe hō? cur ipm diligꝭ sic imense? Postq̄ etiā resurrexisti voluisti adhuc q̄draginta dieb; hoī apparere. Sꝫ et cum glīficatꝰ esses vesci voluisti. pacē donasti: et te etiā palpabilē tribuisti. Sꝫ dn̄e iesu nōne sufficiebat hoī q ꝓ ipō fueras crucifixꝰ nisi ipm de inferni ꝓfundo et infimo lacu extraheres? Uidet q tantū hoīeꝫ dilexerꝭ vt ab ipō noluerꝭ abstinere. An ignorabas q tā de excellēti passiōis bn̄ficio fueramꝰ ingrti? etiā q̄s spēales habueras increduli extiterunt. Quō ergo nos potuisti amplꝰ

intueri. O q̄ mirabilis est tua dilectio dulcissime dn̄e iesu: cum non possis ab hoib⁹ separi. Nonne qui ascensurus eras ad dexteram patris tui: potestatem hoi dimisisti vt tecum velit habeat in altari. hanc potestatem ei anteq̄ mori inciperes dimisisti: ne amittere te timeret. Sed cur hoc facere voluisti cum missurus esses spiritum sanctum: cur semp cum hoie vis morari. Sz tuo corpori incorporare nos totaliter voluisti ⁊ tuo nos potare sanguine. vt sic tuo inebriati amore tecum vnū cor ⁊ vnam aīam haberemus. Quid em̄ aliud est tuū sanguinem bibere (qui sedes est anime) q̄ nostram aniam tue anime inseparabiliter colligare. Hoc est certe qđ vis hoc certe est quod desideras deus meus. hoc est redēptor ⁊ dn̄e mi qđ tanto tpe procurasti. Pro hoc em̄ ab infantia tua laborasti. Hoc nobis concedas qui i eternum viuis ⁊ regnas. Amen.

¶☞ Qualiter homo debet libenter deo dare cor suum. Ca. III.

O Domine mi iesu: tu te mihi dedisti ⁊ a me cor meum petis. Sed quātum est hoc dn̄e mi qui ita excellens es? Si em̄ haberē cor vnū qđ solū maius eēt q̄ si sil' essent oīa corda filioꝝ hoīm ⁊ oēs angeloꝝ affect⁹: ⁊ vt materialit' loq̄r mai⁹ esset. ⁊ qđ p'la spūalia ⁊ corpalia sil' actu ꝯtineret vl' ꝯtinere posset q̄ celū empyreum: ip̄m totū ⁊ totaliter tibi tribuere deberē. ⁊ adhuc tāto dn̄o munusculū puū: imo q̄si nihil esset. quāto mag' ꝗ illā puā scintillā cordis quā habeo tibi dabo ⁊ totaliter in te ponā. Hoc ei pmari^m est mihi q̄ cor meum hr̄e digneris. Nōne ꝗ stult⁹ eēm si illđ applicarē de cetero alicui creature cū de⁹ me⁹ illđ velit hr̄e. Etiaz in meip̄o nolo q̄ remaneat amodo. ꝗ volo vt tōliter redeat i te q̄ c'asti illđ ad laudādū te. Meli⁹ est q̄ cor me

um maneat in eterna iocunditate. in diuina maiestate. et in imensa bonitate: q̃ in mea fragilitate. in tua scȝ dei tate: q̃ in mea iniquitate. Si hoc haberes et contempla-tiue cupis. multũ corde desideres et multũ ore postules et desideriũ aĩe tue tribuet tibi de⁹. et voluntate tua non fraudaberis. ſ mentẽ tuã eleuãs in bñdictionib⁹ dulce-dinis te pueniet et tanq̃ corona lapidis pciosi semetipo mentẽ tuã circũdabit. Regula. Nullus em̃ põt pfecte inuenire deum qui se pfecte nõ odit.

¶ ☞ Qualier hõ ordinet cogitatões suas ad deũ: ita q̃ deũ sp habeat in corde Ca. IIII.

O Homo vis cognoscere qũo ad deum tuũ dirigas cogitatũ: sp cogitare debes te esse in pñtia dei tui: et ipm sp habeas in tuo cogitatu. Sup chrm autẽ p te grauissime vulneratũ q̃si sp dirigas cogitatuȝ. et q̃ ipe sit de⁹ tuus qui p te talia passus est cogitab. Sepe etiã ad matrẽ chri reuerẽter (q̃ est multoꝝ solaciũ) festi-nabis. et quotienscũq̃ ad ipam tuũ diriges cogitatum: ipam cogita matrẽ dei: vt sic quocũq̃ dirigas cogitatũ: deũ tuũ sp habeas in corde tuo: et sp corã ipo extñs suã-q̃ admirãs magnitudinẽ et tuã miseriã recognoscẽs q̃n-tum poteris resilies in teipm. admirans nõ modicuȝ q̃ dignat rem tam fetidã corã suis oculis pñtare. et te ad momentũ patit in sua pñtia commorari. Hec sic faciens: de hoc dono maximo et de oib⁹ aliis referas deo grãs. Et q̃ etiã ei regratiari possis recogita magnũ donum. Et hoc donũ. s. q̃ in pñtia sua valeas commorari sp. et alia q̃ tibi concesserit dñs debes cũ omi vigilãtia custodire. sp cũ magna auiditate inhiãs ad maiora. Et si pter tuã miseriã aut aliquã occupatõem exteriorẽ cogitatũ tuuȝ a sua pñtia absentare ppenderis vel respicis impeditum: cum magna anxietate reuerti studeas vbi eras: scȝ ad

pñtiam dei. Et hoc facies q̄lem pcessum habere debe-
as vnctio te docebit. Hoc tñ p certo in te habeas. ꝙ qc
quid sit de alijs. sꝫ debes te ad nihilū redigere quantū
potes ⁊ oim pctoꝝ te infimuꝫ reputare. ⁊ tam p te q̄ꝫ p
alijs a deo tuo tibi pñte cum oi humilitate veniā postu
lare ⁊ tuā ꝯsideratōem sup h̄ dirigere poterꝭ p hūc mo-
dum. Nunc q̄ꝫ ꝯsiderare vel cogitare debes ꝙ alij pctō-
res taliter a deo sint elongati: quin ipsi sepe ⁊ si non sꝫ
ad dñm se cōuertāt in corde. ⁊ qn dñm suū tunc intimi⁹
recogitēt q̄ꝫ tu ⁊ clari⁹ recognoscāt. ⁊ qn reuerētia maio
iori corā ipo assistāt. ⁊ maiorē suoꝝ habeāt cōfusionem
pctoꝝ ⁊ humili⁹ se ei p̄sentent. quin etiā maiori ⁊ ardē-
tiori moueanẜ affectu in pñtia tanti boni. Et si h̄ pleno
corde nō poterꝭ cogitare. h̄ ipo deberes te supbissimuꝫ
reputare. Nec de ꝯgruo deberes huic tue supbie p̄pon
derare conscientias alioꝝ cū a sapiētibꝫ sentiaẜ ꝙ sicut
ꝯtingit de bono: ita ⁊ de malo ꝙ aliquē defectū est in q̄
libet repire. Si aliq̄d in te inueneris qđ in alijs tam ex
cellenter non poteris inuenire: debes tūc firmissime cre
dere ꝙ supbia sit illđ viciū in q̊ singulariter tu excedis.
ex quo non potes tuā respicere prauitatem. Et certe si h̄
est veꝝ satꝭ potes te infimū oim reputare. Sed forsan
tua supba cogitatio dicet tibi. quō h̄ de infidelibꝫ cogi-
tare possuꝫ. s. ꝙ sim eis infimi⁹ q̄ nec deū etiā ꝯgnoscūt
Sed audi ceca supbia. an ignoras ꝙ si deū recognoscꝭ
ipm q̄ꝫ te redemisse credis suo sanguie p̄cioso. ⁊ ꝯ eū ele
uaris in supbiam: ꝙ graui⁹ peccas q̄ꝫ si hec omia igno
rasses. Nonne vbi cū pctō maior est cognitio: maior est
⁊ ꝯtempt⁹: ⁊ nonne vbi maior est ꝯtēptus mai⁹ est pec
catum. Nullū ḡ excipias o insania. ꝫ pleno corde te hu
milians tuā miseriā r̄cognosce. Et si tibi tunc subrepat
cogitatio. ḡ tu es a deo reprobat⁹. hāc q̄ꝫciti⁹ excludere

debes: nec pmittere aliquo modo tecum cōmorari. Timere tamen debes non modicū: ꝛ altissimi dei supextollere pietatem ꝛ confidere in chꝛi vulnerib ꝛ in clementia matris eius. Immensa em̄ miscdia dei nostri. Et si essent in te solo oīa peccata q̄ vnq̄ facta sunt vel etiam possent decetero ppetrari: in infinitū supexcellit ei⁹ misericordia. ꝛ tibi hec om̄ia si ad se recurreres pter suaȝ pietatē largissimā ꝯdonaret. Si etiā tūc tibi subrepat cogitatio vtrꝫ sis in charitate an nō: timere pculdubio debes. ꝫ caue ne determinate in ptē aliquā incliners. fideliter tn̄ age ꝛ de diuina miscdia sp spera. Si em̄ hoc egeris ꝛ tui ꝯsideratōe reputauers teipm pctōrem nocte vndiq̄ obꝛutū. ac de tanta tenebꝛositate intense dolens ad fontē pietats humiliter ꝯuerters mentem tuam orief in tenebꝛis illis lux tua. ꝛ eleuaberis dei nr̄i dulcissima pietate ad celestia ꝯtemplāda: ꝛ ibi delitijs abūdabis ꝛ dices cū ppheta. Et nox illuminatio mea in delitijs meis. Qd nob prestare dignef ꝛc̄.

¶☞ Qualiter homo ope mundo vel ad opanduȝ plus in deo ferueat Ca. V.

Si attēderes o hō q̄liter deus ad imaginem suā te creare ꝛ formare voluit. ꝛ p te tot ꝛ tam nobiles creaturas condidit: ꝛ tuā assumēs naturā tā chare te redemit. ꝛ non solū vt ipm habeas in cibū in pn̄ti ꝫ etiā seipm in futurꝫ tibi in premiū repromisit. nūc naturam ꝯseruat. gratiamq̄ infundit. ꝛ hec oīa ad suū facit honorē. Si etiā in ipm tenderes vt deberes ꝛ eius honorē appeteres; vt q̄si tui oblit⁹ p nihilo te suppones: quicq̄d honoris. ꝯsolationis: aut tribulationis siue iniurie tibi ꝯtingeret: acsi nihil accideret reputares. totum in laudem ꝛ gloriam referens creatoris. Et quantumcunq̄ ꝛ q̄ncunq̄ aliqd faceres ad dei honorē aieq̄ tue salutem: vtrum difficile esset non iudicare deberes.

sed cum impetu mentis: imo amore feruēti deberes stu dere effectui mancipare. Si em̄ bene creatoris tui eēs succensus amore: o hō. nihil pro ipso iniuriosum: nihil difficile reputares. om̄ia tibi leuia amabilia. om̄ia dulcia et suauia apparerent. et tam libenter hec om̄ia adimpleres: vt cum om̄ia pfecisses: te tñ quasi nihil p ipo fecisse crederes: imo poti⁹ defecisse. teq₃ ex hoc tantū exosum haberes vt teipm vix posses aliqtenus tolerare. et cogitares sollicite quō posses maiora facere: aut saltem pfectius eadem adimplere. ppone resq₃ in corde tuo de factis et defectib⁹ tuis grauiter flagellari. Nam erubesceres non modicum et doleres tam altissimo dño tuo sic miserrime mīstrare. Quid plura dicā: q̄nto pl⁹ pficeres. tāto pl⁹ te deficere cogitares et ampli⁹ erubescere et doleres. et maiori succēsus ardore sp maiora reincipere conarer. Nunq₃ em̄ de his q̄ ad honorē dei cerneres tu⁹ posset refici appetit⁹. sp em̄ famelic⁹ appareres. O mirabilis calor amoris q̄ sic cito digeri fac: ac tandem ꝯuert in p̄mium sine fine. Nō dubito q̄n tunc nimio feruore ebulliret cor tuū somnūq₃ haberes exosum et quicq̄d ad momentu₃ te sbtraheret a seruitio dei tui: sp tñ videreri tibi ad seruiendū deo tuo piger. aliq₃ serui dei respectu tui viderentur tibi promptissimi et feruētissimi apparerent. et eorum pronitas seu promptitas tibi esset in magnum gaudium. sed tua pigritia in merorem verteretur. Accede ergo ad cor altū. et in tuis actibus exaltabitur deus tuus. Si enim habueris cor infirmum et terrenum. minima seruitia maxima reputabis. et que quasi nihil erunt tibi difficilia apparebunt. et illa que pro te aut pro vno amico tuo vilissimo libenter faceres pro deo summo et altissimo facere grauaberis. vltra modum dulcia et amabilia reputabis amara.

⁊ amarissima dulcia iudicab. Oculus infirmus irradiationes veri solis iusticie abhorrebit: ⁊ ambulare in tenebris affectabit. De spūalib⁹ viris triumphabis. ⁊ de te triumphari a demonib⁹ ignorab. applicabis manus pre pigritia sub ascellis ⁊ in estate glē mēdicabis. Sed heu ⁊ ve tibi: q2 iam bestijs nō potes ꝯparari. Utinaꝫ iumentis silis factus esses: q̄ subeūt onera dn̄oꝝ. Non poterꝭ eadē culpa alios arguere: ⁊ te tuis intimis neq̄tijs adimplere. Si ḡ sic ad seruienduꝫ deo tuo habes man⁹ ligatas ⁊ pedes nō restat tibi nisi vt i exteriores tenebras proijciaris. A quo nos ipē custodiat cui⁹ misericordia tot⁹ est plen⁹ orbis. Amē:

¶☞ Qualit̄ hō se ꝑfcē odiat vt deū ꝑfecte diligat.

Ca. VI.

QUoniā ad dilectōem dei habendā impedit dilectio sui. ⁊ quāto plus vna intendit altera remittit. Jō vt ꝑfecte possim⁹ deū diligere debem⁹ nos ꝑfecte odire. Tunc aūt ꝑfecte te odis cū appetis ab oib⁹ pleno corde cōculcari. vilissimū reputari. flagellari. deijci: ⁊ quasi ad nihilū redigi. ⁊ hec oīa reputes esse pauca. in tuis iniurijs delectari: ⁊ in tuis tribulationib⁹ ꝯsolari. Et nō solū vis tibi hec ab oib⁹ inferri ꝫ etiā cupis eos credere te istis iniurijs ⁊ tribulatiōib⁹ esse dignū. Hoc dico ideo q2 multi appetūt aduersa sustinere vt in eoꝝ tolerātia ab hoib⁹ cōmendent. Tales aūt nō se odiunt ꝫ diligūt. ⁊ mercedē suā ꝓhdolor iā recipiunt in ħ mūdo. Tunc etiā ꝑfecte te odis qn̄ non solum vis ab hoib⁹ ꝯculcari: ꝫ etiā teipm tantū abhorres vt vix teipm valeas tolerare. ⁊ es tibi abominabil̄ nimis. ⁊ velles etiā a creaturꝭ irrōnabilib⁹ ⁊ insensibilib⁹ impugnari. Et cū aliq̄d ꝓpter tuā necessitatē: licet nō ꝯ deū: delectabile tn̄ aut nō afflictiuū recipis. ꝯ temetipsum turbaris. solū deuꝫ queris. ⁊ oīa renuis extra ipm.

Ad hoc autē donum maximū ꝑuenire valebis: si confidenter ꝛ ex corde sepe petieris hoc a deo. Ex ꝑte tñ tua pñt esse aliq̄ inductiua ꝛ dispositiua ad donū istd. Primo considerare debes ꝙ natus es in pctō: ꝛ exq̄ ab illo lauacro regeneratꝰ es ꝛ purgatꝰ ꝛ lotꝰ postq̄ꝫ vsum liberi arbitrij habuisti vsqꝫ ad hāc horam q̄si ꝯtinue peccasti: imemor ablutiōis prime: q̄ deriuauit a latere iesu chr̄i. ꝛ diuinā non timens nec reuerens maiestatē: i cuius pñtia existebas ꝛ temetipm̄ offenderis plꝰ q̄ꝫ aliq̄s crudelissimꝰ inimicus. Q̄uo (si hec cogitaueris) te non odibis: ꝛ q̄d odimꝰ nisi mala ꝯria ꝛ nociua. Et q̄d peius q̄ꝫ se opponere summo bono: Quid magꝫ ꝯriuꝫ q̄ꝫ sanguinis chr̄i euomere medicinā: quid est nociuius q̄ꝫ sue aīe occisio: Et tu tibi talis fuisti: etiā plꝰ q̄ꝫ valeas cogitare. Debes etiā cogitare ꝙ quanto ab extrinsecis amplꝰ molestarꝫ tāto magꝫ tibi ꝑcludit via ne vagerꝫ ꝑ deuia ꝛ affectū applices creature: ꝫ vt in solo deo altissimo requiescas. Quis ḡ nō odibit aptionē illꝰ claudure vñ pōt exire a deo. Certe tūc apitur cū ꝓpria tribulatio non amat: ꝫ ab aīo effugat: potiꝰ volēs requiescere in stercore q̄ꝫ in deo. Cogita ḡ ꝙ soli deo debet reuerentia ꝛ honor. ꝛ ip̄e in se ꝛ in suis creaturꝫ solꝰ est diligendus. Et ideo si vere deū diligis. debes te honorari ꝛ diligi ab oībꝫ abhorrere. Q̄uo nō abhorrebo mihi attribui qd̄ est dei: imo oppositū potiꝰ affectabo. ne si medium tenere vellē incurrerem in extremuꝫ. O q̄ꝫ vtiles sunt iste afflictiones extrinsece. Certe ꝑ ip̄as ad cognitionē miserie nostre deuenimꝰ. ꝛ ꝑ hāc cognitionem nr̄i ꝑuenimꝰ ad ꝯgnitiōem dei. Nam quanto q̄s magꝫ est sue vilitatis cognitor: tāto magis est diuine maiestatis inspector. Quid ḡ vtilꝰ q̄ꝫ ꝑ hoc hūiliari ꝛ ad celestia exaltari: Quis ḡ renuet se odire ꝛ ab oībꝫ conculcari.

certe nescio nisi stultus. Si ergo times o homo que ab hominibus inferuntur: quanto magis timere deberes que a deo infliguntur. Sed si illa times certe ista diliges et amabis. Nam iste afflictiones sunt vie ad patriam et materia magni boni. consolationes vero sunt vie ad penas et materia magni casus. Iste scilicet consolationes animam interficiunt et deturpant. Hec autem animam lavant a maculis et purgant a scoria peccatorum. vt sic dealbata et mundata videat deum suum. O deus quis non appetit hoc habere: nisi qui non appetit te videre: aut qui non appetit euolare. Et quomodo probabiliter aliquis esse tuus verus amicus nisi qui pro te aduersa voluerit sustinere. Numquid vera amicicia probatur in consolationibus et honoribus huius mundi? Certe si sic pauci inuenirentur mali. quia pauci sunt et vix aliqui qui non appetant consolari. Sed certe illi filii tui concernunt quos corrigere non desinis. nam semper cum talibus commoraris. Non ergo hoc renuat sed diligat. nisi qui mon vult tamquam specialis amicus: imo tanquam charissimus filius cum domino habitare. Et hec nos semper stimulant et faciunt currere ad maiora. faciuntque conscendere ad montana et ad celestia contemplanda. Hec sunt certe que ceteris patientibus membris compati instruunt. Quomodo enim primo iniurias passiones et dampna patienti compatiar: qui eas nunquam probaui. Propterea dicit apostolus ad Heb. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris. Et hoc est quia in suo corpore fuit eas expertus: sicut ibidem innuit. Et si nunc aliis non compatimur: quomodo cum illo conregnabimus. aut si membra mortua et insensibilia sumus quid restat nisi vt de corpore excidamur. Aut dicito mihi quomodo tuo capiti christo pro te mortuo scies compati qui non pateris. Aut si non compateris quomodo sibi poteris conformari? Sed certe si nihil aliud te moueret: hoc solum deberet te facere auidum passionum. Quid peius aut magis mortiferum aut pestiferum quam passionibus christi non com-

pati: aut tanti beneficij ingratus existere. Aut qd fructuosius aut suauius q̃ illi⁹ passionis ex corde ꝯpassionem plenã gerere: Qd bñ nullus pt facere nisi q iniurias passus vel exptus est. Aut dic mihi quid nobilius est q̃ assimilari filio dei: Quo si nunc ei dissimiles fuerimus p ꝯsolationes ꝛ honores: erim⁹ sibi ꝯformes in regno dei: Minime. Quid em̃ abominabili⁹ q̃ videre, p me vilissimo stercore dei filiũ in assumpta humanitate iniurias ꝛ opprobria sustinere. mortẽ turpissimam ꝛ grauissimã tolerare: ꝛ ego velim ab hoibus honorari ꝛ delitijs affluere. O hõ stercus ꝛ pl⁹ q̃ stercus: p iniuria quã sibi feceras ipse semetipm ad talia iudicauit. ipe scz actor ꝛ iudex sup se reflexit iudiciũ amarissimum ꝛ tu adhuc coraz eo: q sibi iniurias: vis ptransire immunis: Saltem corã oculis sic, p te afflicti p̃tende merorẽ ꝛ corde te offer ad consilia patiẽda. ꝛ certe non dubites q ex quo est sufficienter punitus: si hoc iterum sustinere volueris ꝛ toto appetieris corde: non sustinebis hoc. qz non vult vt pro eadem iniuria bis passio inferat. Sed qd credis iniurias esse in honorem conuertet. ꝛ qd credis tribulationem esse in consolationib mutari videbis. ꝛ vbi credis esse damnũ reperies fructum multum Et quanto iniuria maior. tanto honorabilior eris. et quanto tribulatio ꝛ afflictio intensior: tanto magis cõsolaberis. ꝛ si oĩa propter spiritum amiseris: certe ipsum qui est oĩa possidebis. Si autem honorẽ appetieris depmeris. si ꝯsolationes: tribulaberis. si tempalia paup eris. Qui em̃ aliqd p̃ter deũ appetierit se affliget imo etiam si se indebite dilexerit: se occidet. Si autem se odiens deũ dilexerit: ipm plenarie possidebit. Vñ q deum diligit ipm habet. ꝛ quãto pfectius deum diligit tanto perfectius ipsum habz. O stultissimi hoies quo

hic oculos vr̃os non ponitis si vultis vos ⁊ oĩa abhor/
rere. Certe cũ videritꝫ vos possidere creatorẽ omnium
⁊ mens vr̃a in ipo quieta fuerit. oĩa mundanã vanita/
tem reputabitꝫ. ⁊ corpa vestra dum adhuc stꝫ mortalia
tanq̃ stercora erũt vob abominabilia. ⁊ sicut q̇ aufer/
ret sterc⁹ vel aliq̇d abominabile ab ocul' vr̃is: sic q̇ vos
vsq; ad mortẽ affligeret. Et sicut q̇ detestaret q̇d abo/
minaremini gauderetꝫ: sic q̇ vos detestando iniurias ⁊
opprobria vobis dixerint ⁊ fecerint exultabitꝫ. Nam ni/
hil poterit vob aduenire aduersi q2 ꝯsolatões ⁊ hono/
res nõ poterũt vos decipe. eo q̄ de ipis nõ curabitꝫ: sed
eoꝝ ꝯ̃rium appetetis. Aduersitates etiã nõ poterũt vos
decipe. q2 ipas affectatꝫ. imo quãto maior erit tribula/
tio: tanto maior erit ꝯsolatio: q2 magꝫ in h̄ casu adiple/
bitur desideriũ vestꝝ. nam certe sic deberet esse. Quis
em̃ nõ deberet gaudere si separet a vanitate ⁊ cõiunge/
retur veritati? Nõne hec oĩa sunt vanitas? Et quid ẽ
veritas? nihil nisi deus. Et ido oĩa p̃ter deũ: aut que in
ipm̃ non tendũt abhorrẽda sunt. Si em̃ sic esses o hõ
q̄ in solo deo velles affici ⁊ suũ sitires honorẽ: ⁊ te vt di
ctum est nõ diligeres ꝫ odires: ⁊ ab aliis appeteres con
culcari. viam diabolo obstrueres vl' obstruxisses. vt ad
te penit⁹ intrare nõ posset. In h̄ em̃ ꝯcordãt doctores
q̄ omĩs malicie causa est timor vel amor: imo etiã cau/
sa ipius timoris est amor sui. Q̃uo ḡ ex timore peccare
poteris q̇ te desiderabis affligi ⁊ ꝯtẽni ⁊ ab hoib9 con/
culcari? Et q̃uo amore tui peccare poteris q̇ te perfecte
odis ⁊ creatorẽ tuũ diligꝫ? Hec certe si habuerꝫ a fedi/
tate sepaberis ⁊ ad pfectã innocentiã ⁊ sanctitatis con/
summationẽ ptinges. ⁊ q̇ aliq̃n fuisti seru⁹ diaboli. eris
pmaxim⁹ in regno dei. Quid ḡ asseq̇ ista tardas? qua/
re negligim⁹ hãc mentꝫ pfectionẽ hr̃e? Nunquid h̄ do/

num excellentissimũ negabit nob deus si ab ipo illd postulare voluerim⁹? Certe non. De hoc te certifico sicut possum: imo libẽtissime h tibi dabit. Nõ dico ꝙ tibi dabit pati. qꝛ non oĩbꝫ ꝯcedit h. ꝫ tribuet tibi velle pati. ꝛ h tibi sufficit. Quis esset melius ꝛ velle pati ꝛ pati. Et forte si dignus fuerꝭ: etiam istud dabit tibi. Et si dicis. non possum tantũ laborare vt ad tantã sanctitatẽ venirem vt solũ deũ diligerem ꝛ me sup oĩa abhorrerem ꝛ ab aliis vilipendi appeterem. Et ego dico tibi ꝙ ad h non requirit iste labor extrinsec⁹: aut corpis valitudo: ꝫ poti⁹ sollicitudo cordis ꝛ corpis quies. labor cordis et quies mentꝭ. Non requirit dico mult⁹ labor extrinsec⁹ qꝛ p illuꝫ destrueret vel distraheret hõ interior. Labor tñ pietatis ꝛ humilitatis ad hoc ꝛ ad oĩa vtilis est. dũ tñ quietẽ mentis hõ custodiat. Nec requirit valitudo corpis: qꝛ repugnat valitudini spũs. Requirit autẽ labor cordis in surgendo ꝛ totaliter se euellendo ab istis infimis: ꝛ ad celestia ascendẽdo. ꝛ dum ascenderis requiritur quies mentꝭ. Multũ eñ abhorret de⁹ cũ qs eum degustat ꝛ ibi nõ quiescit. ꝫ poti⁹ tanqꝫ de⁹ non esset sibi sufficiẽs. redit ad amplexanda stercora. ꝛ sic indignat⁹ iterũ vult dñm amplexari. Sꝫ cũ tu h vni rustico facere non auderes: ꝗ ipm deũ pl⁹ oĩ rustico vilipẽdim⁹. ꝛ nihilomin⁹ volumus ꝙ in oĩbꝫ satisfaciat voluntati nostre: ꝫ non est ita. Sed si impetrare volüerꝭ sine rpulsa h tam precellẽs donũ ꝛ alia: pus qꝫ ad alia ad ipsum reuerenter ꝯscendas. ibiqꝫ quiescas: ꝛ sollicite roga euꝫ vt ampli⁹ non te pmittat redire ad vomitum. Et si sic feceris: non dubito ꝙ ab alio splendore eterno illuminatus tuas miserias recognosces. ꝛ sup oĩa te odibis: diuinã expieris bonitatẽ: ꝛ oĩa tanqꝫ stercora reputab. ꝛ ꝯiũgeris amoris vinclo soli deo. Qd ipe nob ꝯce. ꝛc.

☞ Qualit' hō debꝫ in omni actōe frui ꝯtemplatōe. Ca.VII.

Si hō bene inebriatus amore sui creatoris esset: nihil in oibꝰ quereret nisi quō suo creatori posset diligentius ꝛ pfectius deseruire. et ꝓpriā penitus quantum posset voluntatē abscindēs solum que magꝫ crederet deo placere cum impetu animi asseq̄ conaret'. ꝛ sic in oibꝰ ꝛ ꝑ oīa non que sua sunt quereret: sed que iesu christi: obliuisceret' quodāmodo sui: solius memor dei. Hic talis ꝛ tantus pre feruore et amoris magnitudine vel immensitate nō multū vt credo distingueret inter gradū ꝛ gradū: vitā ꝛ vitā. statuꝫ ꝛ statū. ꝑsonā ꝛ ꝑsonā. tp̄s et tp̄s. locum ꝛ locū. ꝫ quocunqꝫ modo ꝛ quacunqꝫ hora discernere posset q̄d amplius suo creatori placeret statim ꝑficere conaret'. toto animi affectu tendens in deum. Quanto em̄ creature ad deū minus reducunt': tanto a se inuicem disiungunt' ꝛ quāto ad deum amplius reducunt': tanto sibi mutuo amplius vniunt'. Omnino ergo cōicans. i. ad vnuꝫ cōe oīa reducens: qđ facit quis cū nihil req̄rit in oībus nisi honorificentiā dei: ad quā facta sunt oīa. ꝛ ad hoc vniuersa ordinat. ꝛ in vno creatore ꝯiūgēs qđ veꝝ ē cū vniuersa in deo collocat: ꝛ solū deū in oibꝰ intuet'. oīa cōmunicās ꝛ in vno creatore ꝯiungēs. nihil in oibꝰ nisi deū videret. sꝑ suspirans. sꝑ anhelans. ꝛ ad seruienduꝫ deo suo in oībꝰ totꝰ accēsus. totus ignitꝰ. nō ꝯsiderare q̄d sibi suauiꝰ. q̄d dulciꝰ esset. ꝫ in oībꝰ q̄d deo suo amabiliꝰ. O felix talis qui cum actiua ꝯtemplatiuam haberet: qꝛ sic dn̄o ministraret vt martha: vt tn̄ a pedibus dn̄i nō discederet cū maria. sic se angelicꝫ spiritibus niteret' ꝯformare: q̄ nob̄ ministrādo a diuina ꝯtemplatione non vacāt. Quid em̄ est hoc (scꝫ dn̄o ministrare) aliud nisi cum ministrat sano. cū visitat infirmū vel seruit infirmo. sꝑ in eis dn̄m intueri ꝛ frui deo primo assi-

stendo. Manū porrigit ad proximū z cor ad deū. Proximo seruit non vt hoi: sz vt in homie deo. Totuz sp refert ad iesum qui dicit. Quod vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. Et ideo cum in lecto videt pximum infirmū: sibi videt q vidcat chr̄m suum. ac p hoc sibi nihil difficile. nihil sibi abominabile. nihil ignominiosum estimat facere pro infirmis ac pro aliis desolatis. Sz oia dulcia. omnia suauia. oīa amabilia iudicabit: cum sic in proximo ministrat christo. Credo sine preiudicio: q qui sic vt dictum est feruenter z diligenter christo i proximo ministraret pure pter christū. tendens in christū: q plus mereret z virtuosius moueret z a deo amplius approbaret q̄z si pprio corpi christi ministraret. Et h sic patere potest. Unus enim pessimus homo si videret christum esse in vno lecto z bene cognosceret eum. non est dubium quin sibi feruenter z diligenter ministraret sed sibi id est christo in proximo cum tanto feruore z diligentia ministrare non posset nisi pfectus vt credo. immo vt ita loquar z plus q̄z perfectus. Et ideo cum toto animi conamine hanc gr̄az habere conemur. Quis decetero abhorrebit leprosum. declinabit infirmum: negliget desolatum: cum in eis intuemur christum. z plus ibi possumus mereri z deo placere vt probatum est: q̄z si etiam ministraremus ipsi christo. Indicabo tibi spōsa quez diligit aīa tua. Certe in infirmaria iacet. ibi angustiatur. ibi dolore torquetur. Curre z sibi ministra. sibiqz compatere infirmanti. Cur instas sponsa quotidie vt sponsi osculo osculeris: accede ad leprosum z osculare eum: quia ibi iacet leprosus. Cur sponsa misera pre sponsi amore languere te dicis: z ipsuz quotidie nudum. discalciatum z afflictuz ante te vides trāsire. z negligis z etiā non cpateris ei: Et si non possumus fra/

tres omibus prestare obsequia: q2 multi sunt indigentes saltē omib9 compassionē donem9 ₇ in oib9 ꝯsideremus chr̄m. Credo firmiter ꝙ si chr̄m neglexerim9 in ceno vel in terra: ꝙ ipm nō hēbimus in celo. Audi q̄d ipe dicit. Infirm9 erā ₇ nō visitast; me ₇c. ite maledicti ₇c. Et bn̄ nostis ꝙ non sunt hec v̄ba mea: ꝫ chr̄i ₇ ineffabilis veritatis. Timeamus g̃ frēs hanc sniam: q̄ totiens neglerimus eū. Nō interrogem9 eū decetero nec dicamus ei. vbi iaces. vbi cubas in meridie: q2 iaȝ nouim9 locum. Scim9 em̄ eum in infirmaria iacere. non auteȝ restat nisi p̄stare obsequiū. Audite obsecro ꝯsiliū meū ₇ nō aspiciatis ad factū meū. Qui em̄ vult vt dixi cum actiua ꝯtemplatiuā vitā hr̄e vt suū dn̄m in oib9 ꝯtemplet̃: videt̃ mihi ꝙ hec via sit breuis ₇ bona. videlicet vt se totū recolligēs intret ad cor suū ₇ in intima cordis ingrediēs se resoluat in deū: vt nihil nec videat nec sentiat nisi deū. ₇ tunc aliq̄ mō sic deificat9 ₇ transformat9 in deū ad q̄ōcunq; se vertet nihil nisi deū cōsiderabit. ₇ quicq̄d opis faciat: non hoi ꝫ soli deo facere existiabit Et dū hanc formā tenebit in oib9 deū videbit. ₇ in labore actiuo ꝯtemplatiua fruet̃. Et si ꝯtingat: imo q2 cōtinget ab hac nobili forma discedere ad ipsam statim nitat̃ hō redire. ₇ hoc totiens faciat ꝙ quasi in habituȝ ducat. ₇ h̄ mag; honore ₇ diuina largitate q̄ꝫ aliq̄ industria impetrare se credat. Et si hec oīa nimis difficilia tibi vident̃: saltem ad h̄ conare vt sp ₇ in om̄ib9 queras facere q̄ sit mag; honorificū deo ꝯforme chr̄o. vtile tibi ₇ p̄ximo. afflictiuū ₇ ignominiosum corpi p̄prio Qd̄ ipe nob̄ ꝯcedat q̄ est bn̄dict9 in scl'a scl'oꝝ. Amē.

¶ ☞ Quoddā delectabile ₇ allectiuū. Ca. VIII.

Anima mea liquefacta est vt dilectus locut9 est ₇c. O mira ₇ inestimabilis v̄tus amoris. deū indicat

ad terrā. mentem eleuat ad patriā3. ⁊ deum ⁊ animam simul ꝯglutinat ad gloriā. deū facit hoīem: ⁊ hoīem facit deum. tpale facit eternum. imortale occidit. mortale īmortale facit. ⁊ imū excelsu3 ꝯstituit. inimicū facit amicum. seruū facit filiū. ⁊ abominabile facit gl'iosum. frigida facit ignea. obscura facit clara. dura facit liquida. Nam aīa mea liquefacta est ⁊c. O verbu3 admirabile o verbū nimiū delectabile. ego vilissimus ⁊ neq̄ssimus seru⁹ tu⁹ dn̄e de⁹ meus: q̄ etiam nō sum dignus aliqua tua creatura vocari nec esse: q̄uo sum tibi tāto charitatis vinculo colligat⁹: vt ad verbu3 tuū p̄ amore fuerim liquefact⁹? O ardor amoris q̄ intima ment3 in deum effundis. Nā adamantina erat aīa mea ⁊ eius intima nimiū solidata. nūc amore liquescit. nūc extra se exit. et in deū totaliter se diffundit. ꝓpriū locū relinquit ⁊ ī deū currit. absorbetur a deo ⁊ obliuiscit' sui O amor q̄d tibi tribuam q̄ me fecisti diuinū. Viuo ego: iam nō ego. viuit aūt i me chr̄s. Inenarrabilis est virtus tua o amor q̄ lutū in deū transfiguras. Quid ḡ te potenti⁹. q̄d dulcius. q̄d iocundi⁹: q̄d ⁊ nobili⁹ obsecro? Bone amor q̄ terrena ponis in celū: deficio tui memor: ⁊ fac3 me vniri dilecto. O felix amor q̄ nos facis languidos: ⁊ sponsi nostri amplexib⁹ sustentari. O desiderabilis amor qui summis delitiis reples egētes. S3 si liquefacta es ad verbū ei⁹ o aīa mea: q̄uo sustines amplex⁹ ei⁹. q̄uo non es ꝯsumpta ad oscula ei⁹? Si liquefacta es ad affatu3 eius q̄uo non es absorpta cum intras ꝑ vulnera eius ⁊ ꝑuenis ad cor eius? Sed o mira dilectio ⁊ mira iocunditas. vt (q̄d non meremur noīare) possum⁹ masticare. Nō mereor esse ancilla: ⁊ facta sum in delitiis charissima. Quis sufficit tāti amoris etiā scintillā modicā ītueri? Quid est hoc? Nescio. capere nequeo inq̄t: ẜ obstu-

pesco admiratione. iocundor delectatione. inebrior exultatione. Sz quid merui: qd feci vt tãta mihi bñficia exhiberes. Te psecutus sum ꝛ in te collocatus sum. tuã faciez ↄspui. ꝛ tu oscula mihi tribuisti. te vulneraui gladio: ꝛ tu me a morte liberasti. te repleui dolore: ꝛ tu me gaudio ꝛ ↄsolatõe. Occidi te deũ meũ. ꝛ mihi te felicez vitã tribuisti. O mira mutatio dextre tue. Nõ ḡ mirũ si ad v̄bũ tuũ liq̄scit cor meum: imo decetero totꝰ accendar ꝛ totaliter liquefiam: vt ĩ te totaliter sim effusus: nihil preter te videã. nec in aliud cogitata. dicta vel facta transeãt vllo mõ. imo mirum videt̃ q̃o non sumus sic intenti ad te ꝙ ignoremus om̃ia p̄ter te. Si em̄ habemus te: quid amplius volumꝰ. In te ḡ dulcissime dñe iesu quiescat mens nostra. ꝛ a te nec ad modicũ separetur. Stultissimũ quidẽ est tam nobilissimũ ꝛ iocũdissimũ locum exire. Q̃o audemꝰ nisi dulcissimũ sponsuz inspicere: ne subtrahat̃ a nobis: quid queso nos mouet aliud intueri: Nonne terrena sunt stercora. ꝛ h̄ est summũ bonũ: Q̃o om̃ia non desipiunt ꝛ despiciunt̃: q̃o om̃ia non fetent ad p̄ntiam tanti boni: O o o stulticia hominum impiorum. redite preuaricatores ad cor. In vob̄ ē regm̄ dei. ꝛ vos ꝓ sanie fetidissima ĩsanitꝫ ꝛ diabolicã s̄uitutẽ subitꝫ. In vob̄ ē certe deꝰ nr̃. ↄuertimini sup eũ ꝛ fruami ip̃o. ꝛ quẽ p̄us ↄtẽpsistis nũc ꝛ decetero ↄtẽptui sitis. ꝛ hec sit portio vestra. Q̃d nob̄ ↄcedat ꝛc̃.

¶☞ Qr sit homo bene ordinatus in cogitatione locutione: ꝛ operatione. Ca. IX.

SEruus dei nunq̃ꝫ deberet: nec aliud: nec aliter cogitare. loqui ꝛ opari q̃ꝫ si deũ facie ad faciem videret. Nec em̄ dubium est ꝙ sic est nob̄ p̄ns deus: ꝛ sic nos videt sicut si eẽmꝰ in celo empyreo. in sede beate virginis. q̃uis non sic influat hic sicut ibi. Et ideo q̃uis eum non videamus exquo scimus eum esse iuxta

nos ꝛ etiam in intimis cordis nostri. non propter hos debemus plus vel minus vel aliter loqui aut facere ꝙ̄ si semper videremus eum. Tantum em̄ timeret seruꝰ imperatoris si sciret ꝙ imperator esset iuxta eum ꝛ videret eum. ꝛ ꝙ̄uis ipse imperatorem videre nequiret. quantum timeret si imperatorem videret: imo forsitan magis. Nullus em̄ seruus est qui non timeat proprie ꝙ videatur a domino suo. Vñ si sciret seruus pro certo ꝙ dñs suus non posset eum videre. nec etiam scire posset quid seruus faceret. non timeret tunc dñm vt credo Sed si sciret se videri a dño: ꝛ dominum tamen videre non posset: tunc multum timeret. Quanto ergo magis dñm nostrum timebimus: quia nobiscū ꝛ in nobis est ꝛ om̄ia intuetur: debemus semꝑ moueri timore. reuerētia. deuotōe. amore: ꝛ erubescentia peccatorū. Mirum est certe quomō tam modica scintilla (sicut est cor meū) non absorbetur totaliter ab immensa bonitate diuina ꝛ quomō seruus dei amore domini sui non semꝑ inebriatus incedit. Hoc credo fieret si illi bonitati immense vellet applicare cor suum. Unde de hoc nō dubitet aliquis: ꝙ quanto magis illi bonitati diuine vellet applicare cor suum. tanto melior ꝛ ꝑfectior esset. ꝛ qui in summo bono cor suum applicare posset: vt penitus oblitus omniū preter ipsum toto animi conamine in ipm̄ tēderet ibiqꝫ quiesceret. non statim a tanto bono resiliens. tunc credo ꝙ absorptus dulcedine consummaret in statu. Tunc em̄ inter ꝯsolatōes ꝛ tribulatōes: vituperia ꝛ honores. blādimenta et opprobria inseꝑabilis ꝑtransiret nihil sentiens nisi deum suū ꝛ solum eius affectans honorē. Tūc ꝯprehēsor dici posset potiꝰ ꝙ̄ viator. beatus non miser. angelus nō hō. nō pctōr sed sanctus. Et si ad hoc ꝑtingere cupis o hō hanc breuē regulā tene.

Quicunq; vult esse ↄsummatus in statu dз de sua virtute totaliter desperare ⁊ plenarie se ↄuertens ⁊ ↄmittēs in manib⁊ pietatis immēse toto corde ↄfidat de ipa. nihilq; quantū in se est omittens de ↄtingentib⁊: fideliter agat quicquid pōt cernere ad sui ptinere honorē. Sз et hoc in p̄fata regula scriptum. est donū dei pmaximum. Et q̄squis h̄ habuerit nō a se ꝫ a deo fideliter habuisse recognoscat. sciens ꝑ certo ꝙ ad h̄ ꝑ se est impossibilis. ꝫ pronus potius ad digna tormēta mortis eterne. A q̄ morte nos custodiat ille q̄ est bn̄dict⁹ i scl'a scl'oꝝ Amē

¶☞ De Ordinatione ad proximū Ca. X.

DE proximo accipe hāc doctrinā. Unūquēq; hominē de mūdo reputa teip̄m. ⁊ si h̄ bn̄ feceris ⁊ in corde tuo bn̄ impresseris: non est dubiū quin bo^m suū sicut tuū diliges. ⁊ qđ ad salutē suā spectare viderꝭ sicut pro te sollicite ꝑcurabis orōne. exhortatōe: ⁊ auxilio. ⁊ quocunq; mō poterꝭ. Et cū ip̄m viderꝭ bona dicere vel facere repleberis gaudio sicut si tu diceres aut faceres. Si aūt sciueris ip̄m esse in pctō aut in aliq̄ spēali vel spūali delicto vl' defectu nimiū ↄdolebis: ⁊ ip̄m ꝑut poteris a malo reuocabis. ⁊ induces ad bonū. De miserijs aūt corpis sic ↄpatieris sibi acsi illas in ꝓprio corpe haberes. ⁊ sic libēter ac diligēter seruies ei sicut faceres tibi. ⁊ etiā qꝛ te debes odire: illū aūt diligere. Et ideo si te offenderit dicto vel facto. nō plus curabis q̄ȝ si tuipe hoc fecisses vel dixisses. ⁊ eo ampli⁹ tibi placebit. qꝛ ibi est maior merēdi materia. Et si q̄d fecerꝭ boni vel dixeris: nō plus eleuaberis q̄ȝ si ali⁹ fecisset vel dixisset. Et si aliquē defectū nō culpabilē feceris corā eis: nō pl⁹ curabis q̄ȝ si in ꝑuato vbi null⁹ vidisset fecisses. Inde etiam sequit: ꝙ si vnūquēq; reputauerꝭ teip̄m ꝙ nullū specialem hēbis: ⁊ qꝛ oēs tibi singl'ares erunt: nulluз plus

altero diliges. nisi quantū noueris ipm meliorem esse: non quia tibi plus familiar; vel not⁹. Nec etiam circa quantūcunq; bonū debem⁹ affici. ꝟ solūmō circa deum siue in se absolute: siue etiā inq̄tum illi vel isti tanta bona largit. Possum⁹ tñ plus orare pro illis q̄bꝫ sumus mag; obligati. Nec tñ sic orandū est ꝑ illis vt alios dimittam⁹. Hoc aūt solū appropriab tibi. s. tuā culpam ꝛ defectus tuos: ꝛ ꝙ te viliorē oībꝫ reputes. Et nō solum tua: ꝟ etiā aliena pctā reputes esse tua. ꝛ ꝑ ipsis veniam postulabis sicut ꝛ ꝑ tuis. Et si dicas. q̄uo possum oīs hoīes estimare meipm: Hoc te docet facere ꝑfecta charitas. q̄ te eis ꝯiungens vnū cum eis facit. Hoc tñ clarius intueт ꝛ ad hoc faciendū facili⁹ moueт q̄ cor suum in honorē dei totaliter radicauit: nihil aliō nec in se nec in aliјs querēs. Vñ hec est via optīa ꝙ q̄ vult deū ꝛ ꝑrimū diligere solū honorem dei sitiat: ꝛ cū magna auiditate querat. nihil aliud intendēs in oībꝫ. Qō nob cōcedat deus eternus. Amen.

¶ ☞ Qualiter zelator aīaꝝ se ordinare ꝛ hr̄e debꝫ. Ca. XI.

Hic debet esse modus ꝛ forma ꝑparādi ꝛ disponēdi se vt possit quis fructificare in ꝑximo sine sui detrimēto. Quia ꝯtingit aut ꝯtingere aliq̄n pōt ꝙ in ꝑcuranda alioꝝ salutē ꝑpria negligiт. imo ꝑpria suffocaт. Cum ḡ vis ꝑ ꝑximo orare vel ei ꝑdicare aut lectionē legere vel eius ꝯfessionē audire: aut aliq̄ talia facere. Primo faciem mentis ad eternū lumē ꝯuerte ꝛ ad eius splendorem. Confortare spū vt nō ꝑualeat caro. Abstine ab exteriori hoīe q̄ntum potes: vt solum sis interior ad interiora ꝯuersus. Tunc eundem interiorē hoīem in ꝑximo ꝯsidera: de eius exteriori (nisi inq̄tum ad interiorē ordinaт) nō curans. Tūc interior tuus hō ad interiorē ꝑximi ꝯuertaт. ꝛ vtriusq; exterior

In supradictis actibus tanq̄ʒ vanitas negligat̄: ne p̱ ex-
teriorem interior ad vana trahat̄. Ip̄m q̄ exteriorē p̱xi-
mi hoīem tanq̄ʒ sacculum stercoꝝ relinquēs ꝯsidera in-
teriorem ad imaginē dei factum. sanguine chr̄i redem-
ptum. locū sp̄ūssancti. habitaculū chr̄i dei. ꝟtutis ꝛ sapi-
entie sedē. ꝛ ad eternā beatitudinē possibilē. Tunc ho-
noris dn̄i tui sitibūdus ingemisce ꝛ plora: quia eiꝰ ima-
ginem vides denigrari. p̄ciosissimū sanguinē cōculcari.
sp̄ūssancti habitaculū pollui. sponsam chr̄i p̱stitui. eius
sedē deijci. ꝛ totā suā beatitudinē p̱ vilissimis stercoribꝫ
cōtemni. Mirum certe videt̄ q̄uo iusti oculi possunt a
ploratu cessare vidētes tantaʒ vesaniā in proximo: imo
etiā fuisse aliq̄n in seipo: ꝛ tantā iniuriam deo suo fieri.
Quis mihi queso dabit vt cū Mardocheo indutꝰ sac-
co p̱ tanta p̱p̄lī nece: nō iminente vt illa iudeoꝝ: ƺ iā fa-
cta: q̄tidie plorem: imo ꝯtinue vsq̄ʒ ad fores palacij vlu-
lando incedēs. Si em̄ ille p̱ corpali morte iudeoꝝ tan-
tum dolorē ꝛ tristiciā p̱p̱t nimiā plenitudinē charitatis
publice p̄tendebat. q̄uo ego miser lachrymis impono
quietem: qui infinitā stragem video aīarum ꝛ deū meū
p̱ nihilo reputari. Animet̄ his aīa viri iusti ꝛ dei sui cō-
temptū non sustinēs. aīarum mortem abhorrēs. conet̄
modis om̄ibꝫ quibꝫ potest animas a peccatis liberare.
Q̄uo potest dicere se deum diligere ꝛ eius amorē appe-
tere q̄ eius imaginē videt iacere in sterquilinio ꝛ nō cu-
rat? Aut q̄uo si cogitat ꝙ filius dei p̱ aīabus redimen-
dis mortuus est. q̄uo ꝛ ip̄e p̱ aīabus mori nō cupit. Et
maxime cum videt chr̄i sanguineʒ pedibꝫ ꝯculcari. q̄uo
queso potest hanc sui dn̄i iniuriā sustinere? Q̄uo se to-
tum nō fundit in orōne. q̄tidie clamat in p̄dicatiōe. aut
p̱ximos instruit lectōe: vel eos audit in ꝯfessiōe: vt hūc
sui dn̄i sanguinē recolligere possit: aīas recolligēdo ꝛ cō

uertendo. Quid plura dicam: credis ne te esse habitaculum spūssancti qui vides eius templū latrinam fieri: et non clamas sed dissimulas: qui solum tuā quietē req̄ris? Absit. Quō ergo credis te sponsi amiciciam habere qui eius sponsam ab adulterio non custodis: aut adulterantē non reprehēdis cum facultas non desit. aut eā festinanter ad sponsum non reducis. Aut quō poteris eternaliter summo bono pfrui qđ vides adeo ꝯtemni: vt pro vilissima sanie cōmutetur aut negligatur: imo potius blasphemetur. et tamē ab hoc ꝯtemptu negligis animas remouere et ad eius amorem ꝯuertere. His auditis scandantur obsecro corda nostra. et nullo modo tantā dei iniuriā patiamur. Fateor (vt vos ad animarū zelum alliciam) in corde meo iacere. ꝙ si certissimus essem ꝙ nunq̄ deberem perfrui deo meo. nihilominus vellem ad honorem suum libentissime pro qualibet anima peccatrice semel mori. ita ꝙ tot mortes in presenti sustinerem quot sunt in mundo anime peccatrices: vt ipse consequerētur gratiam in p̄senti et gloriam in futuro. quanto magis si secum deberem postmodum gloriari. Ista charissimi scilicet diuinus contemptus et animarū interitus sunt que deberent nos inflāmare ad p̄dicationes. confessiones. oratōes. et ad bonorū exemplorū exhibitiones. nō vana gloria. non cordis iactātia. nō ꝯplacētia hūana. nō aliqua vtilitas mundana. Solū ab aīabus iesum chr̄m crucifixum queramus. empte enī sunt precio magno: vt aut p̄ciū reddāt aut in emptōe pmaneant. Inebriemus eas sanguine: non curiositate. vt sic dn̄m nostrum crucifixū ꝯcupiscant. Dicat q̄libet nostrū eis. Nihil iudicaui me scire inter vos nisi dn̄m iesum et hūc crucifixum. nō certe Arestotel' vel Platonis philosophiā. Illū enī reputo hoc solū verbū dicere posse: q̄ nihil a p

primo nisi passionē christi requirit. ⁊ in quolibet primo sibi videt q̄ videat iesum christū passum. Vn̄ signāter dt. inter vos nihil me iudicaui scire ⁊c. Quid dicā: Nō solum vr̄a non volo aut vob placere cupio. s̄ nec etiam vosipos aut aliq̄d aliud ꝯgnoscere me iudico: s̄ in oib solum dn̄m iesum ⁊ hunc crucifixum. Et bn̄ dt: nō iudicaui. q̄ etsi alia habitualiter sciam: sic tn̄ ad hoc. scȝ ad chr̄i passionē sum totaliter intent⁹ vt meū iudicium ad aliud non flectat. Posset aūt illd verbum alit ad aīaꝝ ꝯsolatōem exponi. i. tantū sum in hac passione in deum inebriatus: vt quicquid aliud offerat mihi aut visui aut gustui seu auditui siue alīj sensui. ⁊ q̄cquid sit p̄ter istud totum reputo esse nihil: quia iam non delector. iam nō glorior. iam non morior nisi in sanguine chr̄i. Ad hunc em̄ totaliter sum ꝯuersus. Nō sunt oculi mei pleni adulterio: s̄ chr̄i tormēto. Non os meū plenū est detractione s̄ chr̄i passione. Et sic de alīs ꝓsequere sensib. quicunq̄ es qui h̄ dicere potes. q̄ longe est a me verbum istud. Et si in ꝟbis ist̄ nō fuit hec intentio Pauli: sit tn̄ intentio nostra: q̄ non intēdo hic intentiōem pauli exponere. s̄ nostrā deuotōem excitare. Qd̄ nob cōcedat q̄ est bn̄dictus in secula seculoꝝ. Amē.

¶ ☞ Q̄ homo debet affici amore solius christi: terrenorum vilitate contempta. Ca. XII.

Anima rōnalis ad imaginē diuinā ꝑcreata inter deū ⁊ irrōnales creaturas media cōstituta. nō ad infima ꝑ amorē se deberet inclinare. s̄ solum se erigere ad deum: eius inebriata amore: inferiorū vilitate ꝯtempta. Et si ad aliquā ꝯtingeret se vertere creaturā etiam eq̄lem: vtpote alioꝝ hoīm aut angelorū. statim deberet oīa ad amorem dilecti referre. solum ad suum sponsum vnicū medullit⁹ ⁊ impetualiter tendens nihil

inueniens columbina sponsa in quo nisi in sponso reqe scat pes ei⁹:nec etiam appodiet aut adhereat vllo mō. Nescit castissima spōsa viuere nisi cum sponso.sicut nec piscis nisi in aqua vel infra aquam. Ibi natat aīa delicata.ibi delectat.ibi reficit ienarrabili ꝛ suauissimo nutrimento. Si quo mō exit statim incipit palpitare.statimqꝫ ad igneum flumē seu fluuiū rapidūqꝫ redit extra ipm omīa suspicās mortem esse:tota liquescit ꝛ resoluitur in dilectum. O amor qd facis:qd h̄ amore nobili⁹ quid vtili⁹.quid suaui⁹:Et tñ oēs aut q̄si oēs negligūt hūc amorē. Nūc hic dici pt. Qui manet in charitate in deo manet ꝛ de⁹ in eo. Qđ nob ꝯcedat ꝛc̄.

¶☞ Descriptio Beatitudinis Ca. XIII.

ACcipe charissime frater sane ꝟba q̄ de beatitudie dicam indignus. Nam sic puto eā posse describi. tu tñ corrige. Beatitudo est plena ꝛ intima in deum resolutio: Beatitudo est summa exultatio de honorificentia dei. Beatitudo est ex castissimis ꝛ eternis amplexibus sponsi cū sponsa.vel sponse cū spōso mrīmonij ꝯsummatio. Beatitudo est diuine dulcedinis inebriatio sine fine. Beatitudo est incessabilis ꝛ irremissibilis fornax amoris. Beatitudo est solꝭ iusticie splēdor eternus. Beatitudo est cū imenso desiderio plena refectio. Ad quam nos ꝑducat qui viuit ꝛ regnat ꝑ eterna secula iesus christus. Amen.

¶☞ Oratio Deuotissima Ca. XIIII.

ODeus meus.a amor me⁹.o lux delectabilis.dulcedo inestimabilis. O suauissima irradiatio. O iocundissima ꝯtemplatio. O nutrimentū deificum pabulū suauissimuꝫ.sapidissima degustatio. indicibilis refectio. O mellifluū osculū ꝛ amplex⁹ felicissimus. O indissolubilis cōiunctio. cordialis diffusio.medullaris

O

transformabo. O accensio amantissima. inflãmatio in centiua. ebriatio sobriissima: z liquatio solidissima. O sponse meus. O de9 me9. O amor me9. O cordis iubilus. O mentis ardor. O amoris incendiũ. O dulcissimũ solacium. O verissimũ gaudiũ: irradia fulgoribꝫ aiam meã dulcissime charitatis tue transfixam iaculo. z amoris facibꝫ inflãmatã sapidissimis affectiõibꝫ tuis z amore languẽtibꝫ desideriis refice dulcoratã. Amẽ

¶ Quedam Notabilia. Ca. XV.

Si em̃ aliquis ꝑnceps inuitasset aliquẽ pauperem z vilissimũ hoiem ad ꝯuiuiũ abundãs z delicatuꝫ in quo om̃is sufficiẽtia z suauitas reperiri posset: que repiri posset in aliqua creatura: z ille vilissimus hõ nausearet sup illo nobilissimo ꝯuiuio. z ad stercora potius inhiaret. deberet stultissim9 reputari. Sic imo sine ꝯparatione magis stultus reputari debet quilibet hõ z maxime vir ꝑfectus qui est ad celestes delitias iã vocatus. z ꝑcipue sacerdos q̃ celestibꝫ alimentꝫ vescitur: si cor suũ istis corruptibilibꝫ applicat. Et sicut sapiẽs z delitiosus hõ fetidissimã saniem nõ solũ nõ appeteret: sed nec etiã videret vel noiare vel audire noiari abhorret. Sic om̃is vir ꝑfect9 z sacerdos precipue abhorrere deberet quicq̃d illas internas delitias modo aliq̃ impediret. aut illud christi habitaculũ mõ aliquo macularet Vñ om̃i custodia deberet custodire cor suũ. O mira cecitas oim̃ impiorꝫ q̃ magis eligunt ꝑcio aie sue a diabolo emere vnã fetidissimã ꝯsolatõem z vilissimã: q̃ꝫ summam z excellentissimã ꝯsolatiõem a deo gratꝫ habere. Quis em̃ nõ putaret stultũ illũ qui poti9 vellet ab vno tabernario vinũ corruptũ z fetidissimũ emere ꝑcio omniũ bonorꝫ suorꝫ z se totaliter om̃i bono ꝓ taꝫ vilissimo potu expoliare. q̃ꝫ ab vno alio dulcissima vina gratis

habere. ⁊ ex hoc oībus bonis repleri. Hāc stultissimaꝫ ⁊ multo maiorē adimplet peccator. Sicut em̄ stult⁹ reputari deberet ⁊ nunq̄ ad opulentiā ꝑuenire ille mercator qui in cateruo mercationū loca ⁊ tp̄a et modum mercandi notaret. ⁊ hec etiam referret alijs. ⁊ in seipso sepius hec repeteret. ⁊ nunq̄ tn̄ mercationem bonā vel vtilem faceret. Sic qui tota die de regno celoꝝ scripta multiplicat ⁊ ipīs vacat ⁊ alijs etiā p̄dicatione denunciat. ⁊ tamen nunq̄ aggredit̄ aliquā opatōem bonam. Quid prodest o stultissimi mercatores studere ⁊ predicare ⁊ opere non implere. Sicut sponsa delicata ⁊ nobilis que haberet nobilissimū sponsū ⁊ pulcerrimum et sapientissimū ⁊ optimū. non inclinaretur ad afficiendū circa aliquem fetidissimū leprosum. Sic imo m̄lto magis affect⁹ viri ꝑfecti nullo modo non solum separi: sed nec etiam retardari deberet ab amore dei sui ꝓpt̄ amorem alicuius creati. nec vllo modo prout potest. debet affici circa aliquā creaturam. sed potius deberet abhorrere ⁊ abominari: sicut supradicta sponsa p̄dictū leprosum. Qđ nob ꝯcedat ⁊c̄.

¶ ☞ Quedā alia notabilia. Ca. XVI.

Sic pie iuste ⁊ caste debet viuere vnusq̄sq̄: acsi sciret proprie ⁊ pro certo se eodem die vel statim migraturum vel moriturum. Unde non est perfectionis vt credo quod cōmuniter dicunt multi. Si scirem me moriturum infra breue tempus: ita bene me prepararem ⁊ tam sancte viuerem. Debet enim perfectus dicere non sic: sed sic. Si mille milia annorum viuerem: ⁊ h̄ scirē ꝓ certo: ita studiose tā iuste ⁊ sctē ac sollicite volo deo meo s̄uire acsi hodie deberē de h̄ mūdo tn̄sire. ⁊ i h̄ fili⁹: nō mercēnari⁹ vel seru⁹ appareret. Sicut eī diligo

deum ꝛ ipi seruio ꝓpter se. cum eque bonus sit si multuȝ vixero sicut si paꝝ. ita debeo ei seruire ꝛ eum diligere si multū vixero sicut parum. Ca. XVII.

☞ Qualiť se dȝ hre sacerdos cū ad corp⁹ chri venit

Ad missam celebrandam sex ꝯsidero attendenda. Primū est rōnis discretio respectu veritatꝫ: vt scȝ sciat quid. q̄s recipe debet. Quid: qꝛ veꝝ deū qui fecit celum ꝛ terrā: ꝛ veꝝ hoiem q̄ ꝑ nob pependit in ligno. Quis: qꝛ hō nō bestia: nisi ꝑ pctm̄. Un̄ p̄ ceterꝫ repellat a se sacerdos bestialitatē pcti. Scdm est mentis deuotio aut eleuatio respectu ei⁹ sanctitatꝫ. Debet em̄ sacerdos ꝯsiderare ꝙ quem receptur⁹ est: sanct⁹ sctorū oim est ꝛ om̄is sanctitatꝫ origo. Et ido quantū pt sancte ꝛ deuote accedat ad ipm: a se expellens oēm amaritudinē pcti ꝑ lachrymaꝝ ꝯpunctōem. ꝛ oēm ariditateȝ ꝑ deuotōis oꝛonem ꝛ dulcedinem. Tertiū est animi reuerentia respectu sanctitatꝫ ꝛ maiestatꝫ: vt. s. ad tam excellenteȝ dn̄m vereať accedere tam vilissima creatura. Si em̄ ante imꝑatorē non esset dign⁹ stare hō infectus putredine: quāto magꝫ dn̄m recipe in sacramēto altarꝫ indign⁹ est hō miser. cui⁹ oēs iusticie sunt sicut pannus menstruate. Et si iusticie stꝫ tales qualia sunt pctā: Et quidē indignissim⁹ est ad h̄ om̄is hō. ꝯsideret tn̄ ꝙ maior est dignatio diuia q̄ȝ indignitas nostra. benignitas sua q̄ȝ miseria nostra. Quartū est amor ꝛ desideriū cordis respectu sue bonitatꝫ ꝛ benignitatꝫ. Un̄ multū cauere dȝ hō ne cum tedio aut cordis tepore ad illud sacramentū accedat: in q̄ ꝯtineť summa bonitas ꝛ infinita iocunditas. Un̄ mirū videť qūo in ista receptōe hō nō liquescit amoris calore ꝛ qūo nō absorbeť suauitatꝫ dulcore. Consideret ibi sui dn̄i passionē si vult ad eius amorē accendi. ꝛ illi⁹ nobilissimi corꝑis ꝛ sanguinis ci-

bationem: si vult desiderium prouocari: et tandem refici prouocatus. Quintū est p se et p aliis affectuosa et humilis depcatio in smone respectu sue clemētie. Ab ipo em secure pōt petere q dt. petite et accipietis: qrite et inuenietis. Et ad h credo istd sacrm maxime esse institutum: vt postulet venia: et gra impetret in oblatōe illi⁹ excellētissimi holocausti. Sextū est toti⁹ hois summa diligentia respectu sue imense nobilitatis siue nobilissime imēsitatis. Si em cū diligentia magna seruit alicui pncipi seculari. qnto maiori diligentia deb3 sacerdos dño suo ministrare et cū oi vigilātia ptractare illd altissimū et dignissimū sacrm acsi nihil aliud esset aut nunq aliud facere deberet. Debet esse ibi tunc intentio tota. prolatio sufficiēs et distincta: vt nihil ibi sit ofusum vl diminutū. Debet esse nihilomin⁹ ibi otrectatio puida et discreta: ac omi honestate ornata vt sint omia ibi honesta. et sic omia cū summa diligētia ibi opetur sacerdos. Ad hoc consulo cuilibet sacerdoti vt p ceteris hoib se oi tpe ab his oib q aliq mō cor suū habitaculum summi regis sui polluere pnt siue pax siue multu3. tam occasionalit q actualiter elonget se quantū pt. Tunc aūt pcipue cum ad missam celebrandā vadit a cunctis se abstineat qntū potest. et se totū recolligat in seipo vt nec sensus nec cogitatio diffundat ad aliud. suam consciam discutiat diligenter. et qd inuenerit lauandū lauet abundantia lachrymax/vadat ad ofessorem suu3 et extra euomat oia venenata. et imediate pacta pma (si tūc facere poterit) recolligat semetipm. ad diuinā maiestatem eleuet mentem suam. diuinā cōsideret magnificentiam et ad pprīā miseriam se ouertat. vt sic videat q magn⁹ est dñs et q paruus seruus. imo q vanus et inutilis seruus. Jntret quantū potest in deū. et in seipso quantū pōt ad nihilu3

redigat. Et cũ fuerit alteratus ꝛ diuinus effectus: vt q̄ si nihil aliud audiat. nihil aliud videat: nihilq̄ꝫ sentiat aliud nisi deũ. ꝛ p̄ter deũ oĩa reputet vanitatẽ. Tũc cogitet q̄lis fuit erga nos dilectio dei nr̄i: q̄ sic ꝓ vili re: im mo ꝓ tam detestabili voluit vilis ꝛ vermis reputari. et sic vilem sibi vnire naturã: ꝛ in ea a vilissimis ꝛ abominabilissimis tam seua ꝛ turpia voluit sustinere. Tunc ruminet illã magnificentiã charitatꝫ: ꝛ illo inestimabili ardore quantũ valet inflãmet. Et cum ignitus fuerit caritate circa dilectũ adapiat viscera pietatis. ꝛ sic ꝓ se vilificato: afflicto: ꝛ letaliter vulnerato cõpatiatur itra se om̄ia illa vulnera in se transformet: acsi ipsemet iam esset letaliter ꝑ singula vulneratꝰ. Et vt magꝫ vulnera christi eius animo imp̄mant discurrat ꝑ singula vulnera. ꝛ nunc quantũ in illo vulnere passus sit meditetur. nũc q̄ꝫtũ i isto ꝛ q̄ꝫtũ i illo. nũc q̄ꝫta ꝛ q̄lia ista opprobria nũc eꝯ q̄nta ꝛ q̄lia fuerint illa flagella existiet diligẽter. Et cũ sic i ista meditatiõe fuerit cũ chr̄o crucifixꝰ (qꝛ h̄ maxie exigit in isto sacr̄o) tũc cogitet ꝙ illã tã nobilem carnẽ i crucꝫ ara imolatã ꝓ nob̄ dignatꝰ est donare in cibum. ꝛ sanguinẽ eius effusum pro redemptiõe humani generis de latere suo in potuꝫ. Et nunq̄ꝫ credas ꝙ sanguis ille quem recepimus in altari sit extra corpꝰ eius. Sed tamen vt effusum pro nobis in passione recipere debemus. i. sub illa intentione vt tunc eius dilectioneꝫ erga nos mens nostra ruminet ꝛ ꝯsideret illius magnificentiam sacramenti. ꝛ hoc intelligendo quantum pōt quia vix poterit aliquam inuestigare scintillã tam imẽsi amoris dñi nostri iesu chr̄i in hoc magnifico sacramẽto. Et cũ bñ ruminauerit illud magnificũ sacramentuꝫ saluatoris. ꝛ iam quadã celesti dulcedine imbutꝰ fuerit humiliter ꝛ reuerenter ad hoc sacramentũ accedat ꝛ cũ

omni diligentia missam ꝓsequat᷑: adhibit᷑ aliis circū/stantiis quas in huius ꝑncipio capituli ꝑtractaui. Cū aūt recipe debuerit: aliq̄ poterit p̄meditari si placet. vt pote dicat in corde suo Ad istō tam nobile sacramentū suscipiendū nō sufficerent mille anni ad preparationē condignam. Quanto magis ego miser indign⁹ sum q̄ quotidie pecco. incorrigibilis perseuero. ꝛ impreparat⁹ accedo. Quare dn̄e me fecisti vt tibi tam execrandam iniuriam facerem: ꝙ te pono in latrinā pctōꝝ aīe mee. Etenī nō est cloaca tam fetida sicut peccatrix aīa mea Utinā saltē ꝑ hanc immundā aīam meā aliq̄lis ꝯpunctionis fluuius ꝑtrāsisset vel decurrisset: vt ibi nō fuisset tanta pctōꝝ sanies ꝯgregata. Dn̄e iesu q̄d est h᷑: nūq̄d ibi te ponere debeo: Sed in infinitū maior est tua misericordia q̄ꝫ mea miseria. Et ideo de tua benignitate solū ꝯfidens ꝛ te p̄sumo sumere. vt sic infirm⁹ accedā ad te medicum dulcissimū vt sic tua medicina liberer. Quanto eīm plus infirmus sum: tanto pl⁹ te indigeo deus meus. ꝛ in hac liberatōe mea mag᷑ apparebit tue īmensitas pietat᷑. Accedā ḡ ad deū meū ꝯfidēter. quia infinite sunt misericordie eius. ꝛ secum fruar delitiis beatorum. Ingrediar ḡ sponsa ad sponsum secumꝗ volo inseꝑabiliter cōmorari. Nolo ampli⁹ alteri adherere. vt cum ip̄o solo gaudiū habeā sine fine. Hec et alia qui dicere voluerit corde dicat: nō ore. qꝛ non credo expedire illic ꝓferre alia q̄ꝫ illa q̄ in canone continent᷑: Et nota ꝙ ſm meū iudiciū hec duo ad istud sacramentum efficaciter recipiendum valent. scꝫ cōpassio mort᷑ chr̄i. ꝛ vilificatio ꝛ annihilatio sui. vt scꝫ quantū pōt vilis fiat ꝛ indignus in oculis suis qui recipere debet. Cum autē sacramentū expletum fuerit cogitet in corde suo et dicat. Post tam nobilē cibū nolo decetero stercora de/

gustare. Et cum ipse sit summa iocunditas nolo decete
ro affici circa aliquã creaturã. Si aũt nullã affectionẽ
seu refectõem spũalem ibi habuerit: recogitet signũ esse
infirmitatꝫ vel mortꝫ. Ignẽ em̃ posuit in sinu ꝛ calorẽ
non sentit. mel posuit in ore ꝛ dulcedinẽ nõ ꝯsensit. Et
ideo talis suam miseriã recognoscat: ꝛ mutet in melius
vitam suã. Si ꝓo refectõem spũalem ibi recepit nõ sibi
attribuat: ȝ infinite bonitati maiestatis diuine. q̃ se ad
bonos ꝛ ad malos extendit ꝛ dicat in corde suo. In me
dñs deus mirabilia opatur ad detestationem miserie
mee ad ꝯuertendũ meipm̃: ꝛ ad ꝯuincendũ bñficij s int
quitatem meã magnã. Nam me mortuũ sentire fecit ꝛ
vermẽ vilissimũ celestia degustare. Si mihi pctõri ta-
lia fecit dñs: q̃d faciet si correxero vitam meã: ꝛ cum to-
to conamine voluero me in meliꝰ ꝓmouere ꝛ celestibus
meditationibꝫ dedicare vel occupari. ꝛ decetero sibi so-
li adherere. Qḋ tñ facere recogitet auxilio dñi: nõ ꝓpa
ꝟtute. Et sicut cogitat: sic ope adimpleat. Qḋ nob̃ con-
cedat q̇ est bñdictꝰ in sc̃la sc̃la. Amen.

¶ Petitio aa excitandũ cor i amorẽ dulcissimi iesu. Ca. XVIII.

O Dñe deꝰ meꝰ q̃uo ausus sum te alloqui vilissima creatura: Nã fetidissimus et horribilissimꝰ sum ꝛ vile stercꝰ: vermisq̃ nequissimus ꝛ vanissimꝰ hõ. Tu aũt es deꝰ deoꝝ. rex regũ. dominus dominantiũ. om̃e bonũ. om̃e honestũ ꝛ pulcrũ. oĩs vtilitas. oĩs amenitas. oĩs suauitas. fons splendoris. fons melodie. fons odoris. fons amoris. fons dulcoris. ꝛ intimꝰ dilectõis amplexꝰ. Et tñ me rogas ꝛ ego fugio. de me es sollicitꝰ ꝛ de te non curo. mihi sꝑ seruis ꝛ ego te sꝑ offendo. te mihi tribuis: ꝛ ego te sꝑ ꝯtemno. me ergo vanitatẽ ꝛ nihil diligis: ꝛ ego te infinitũ ꝛ inenarrabile bonũ sperno. Fetorem. horrorem. mortalem

dolorē: tibi o btissime. benignissime. amātissime sponse ppono. Pl⁹ me allicit creatura q̄ creator. vanitas q̄ eternitas. detestabilissima miseria q̄ sūma felicitas. Plus me inclināt sordes q̄ eleuet pulcritudo. fuit⁹ q̄ magnitudo. amaritudo q̄ dulcedo. Nā z meliora st̄ vulnera diligent꜡ q̄ fraudulent꜡ oscl'a. Et tñ pl⁹ approbo z affecto fraudulētis vl'nera q̄ diligētis oscl'a. Sȝ ne reminiscaris dn̄e delicta mea vl' parentū meoꝝ. ſ; pietatis tue viscera z dolores vulneꝝ tuoꝝ. Nō qd̄ ego ſ; qd̄ tu fecisti: me respice. Nō qd̄ egi: ſ; qd̄ tu ꝑ me sustinuisti cōsidera. Si me vt oñdis dilig꜡: cur me relinq̄s. cur me vagari ꝑmitt꜡: De ḡ amātissime dn̄e tene timore. restringe amore. q̄eta dulcore. Dulcissime spōse: nescio. neq̄o. nolo tibi fuire. tibi adherē. te toto corde: imo vix tua ꝑticula cordis amare: z h̄ i me opari potes: tu scis. Hoc de me tu vis z a me exig꜡. Quid ḡ deficiā in bn̄placito meo: vl' tu i tuo. obsecro vt nō p̄ualeat hō ſ; de⁹. Noli i hac ɔ̄rietate deficere: ſ; me reficere. nō succūbere: ſ; succurrere festināter. In viuēdo luxuriose. i. nimis: imo me z tuas creaturas lasciue amādo: totā meā sbam dissipaui. Nunc recognoscēti penuriā z miseriā suā z famelico appetitu ad patne miscd̄ie viscera redeūti succurre miserendo. z me ocul' tue pietatis aḡsce. z diḡre mihi radijs tue gr̄e letabūdus occurrere: z cū āplexib꜡ pac꜡ z quiet꜡ oscula largiar꜡ mihi. Certe recoḡsco ꝙ in celū. i. in totā curiā celestē z ecclam romanā: imo in oēm creaturā tuā z corā te: te ɔtēnendo peccaui: imo etiā tibi soli peccaui: z malū corā te feci: z certe nō sum dign⁹ vocari fili⁹ tuus imo nec mercēnari⁹ vl' etiā seru⁹ tu⁹ aut aliq̄ vilissima creatura tua. Sȝ miserere mei z dele iniq̄tatē meā: vt iustificer꜡ in ſmonib꜡ tuis z vincas cū iudicar꜡: q꜡ dicūt aie mee inimici mei. nō est sal⁹ ipi i deo eius. Obsecro

iube vt detur mihi pma charitatis stola: fidei feruentis anulus. et calciamentis eleuantis et confirmantis spei protegant pedes. i. affectus. sanguine veri vituli occisi impinguet effectus: et reficiatur affectus. Aperias cor meum bone iesu ad tua vulnera vt quantum me diligas recognoscam: vt sic ebrius tuo sanguine totus in te resoluar amore. Intret dolor tuus in intima mea: et expiet omnem amorem meum alienum. Sim tecum crucifixus mundo vt sim mortuus. et vita mea abscondita sit solum tecum in deo. O vita pura. vita beata. vita felix: que abscondita est ipsi mundo: et associata ipsi christo. in deo centro suo quietatur. Unum est mihi necessarium. vnum solum quero. Abscedat ergo a me fantasmatum multitudo: quia vnus est dilectus meus. vnus est sponsus meus. vnus est amor meus. dominus meus iesus christus deus meus. Nihil ergo mihi sapiat. nihil ergo delectet. nihil me alliciat nisi dominus iesus christus. Totus sit meus et totus sum suus et fiat cor meum vnum cum ipso christo. nihil me iudicans scire. nihil amare. nihil affectare: nisi dominum nostrum iesum christum et hunc crucifixum. Ergo bone domine iesu recollige me visceribus. refice vberibus. inebria vulneribus. Euigila ergo anima mea ad viscera compassionum quibus plorauit in infantia. super iherusalem. super lazarum: et in cruce: imo in illum super te. Et egrediebatur fluuius de loco voluptatis ad irrigandum paradysum qui est in quattuor capita diuisus. Si enim fluuius lachrymarum egrediebatur de loco voluptatis et omnium deliciarum: quanto magis debet egredi de loco omnium spurciciarum. Ergo bone iesu pro me summis delitiis plenus plorasti. Euigila etiam anima mea ad vbera instructionum. exhortationum. et promissionum que habes de verbo vite eterne. Euigila etiam ad vulnera exprobrationis illusionis et occisionis: ad dolores. s. passionis et compassionis. Attendite inquit et videte si est dolor similis sicut dolor meus. Imo domine attendam et videbo si est amor sicut amor tuus. imo et si est amor nisi amor tuus. Et ideo nihil nisi te vt ampl

te volo amare. Tu dñe iesu me iniquũ z pessimũ ꝯtem ptorē tuũ. vilissimũ fetorē stercoꝝ z horrorē vermiũ tã tũ amasti: vt tanta ꝑ me sustinere z pati dignaris. z ego te infinitũ bonũ. prēm pijssimũ. spõsum dulcissimũ. oĩs pulcritudĩs. suauitatꝫ z sctĩtatꝫ fontale pncipiũ. nõ tan tũ diligam vt saltē ꝑ te moriar mũdo. imo moriar z mi hi: vt tot⁹ tecũ affix⁹ ligñ nihil sentiã nisi te: vt z viuã ego iã nõ ego: viuat aũt ĩ me chřs. Quid g̃ retribuã dño ꝑ oĩb⁹ q̃ retribuit mihi. Calicē salutarꝫ accipiã z noĩ dñi inuocabo. Sit g̃ h calix passiõis ꝯtinu⁹ in corpe. salus supabundantꝫ grẽ radicet in corde. melos diuine lau dis diffundat q̃si indesinẽter ĩ ore. Laudabo eñ deuꝫ meũ in vita mea: psallã deo meo q̃diu fuero. Jocundũ sit ei eloquiũ meũ. ego v̾o delectabor ĩ dño. Eleuabor z ostendã ei faciē mentꝫ. z ĩ aurib⁹ ei⁹ ab ore meo resona bit ĩmẽsa grãrũactio z magnificẽtie sue laus. Recedãt g̃ de cetero oĩa vetera de ore meo z de aĩo meo: q2 de⁹ sciaꝝ dñs est. z ipi ꝑpant cogitatões z voces. Arcũ for tiũ supabo: z induar v̾tute ex alto. Gaudens gaudebo solũ ĩ dño: z r̃plebit os meũ iubilo. z oĩa ossa mea exul tabũt ĩ deo meo: q2 me totũ offerã saluatori meo. Qui escet cor meũ ĩ dulcedĩe bonitatꝫ ĩmẽse. laudabo excellẽ tiã glĩe sũme: z seq̃r vestigia passiõis acerbe. Corp⁹ cõ culcet. cor eleuet. laude v̾o r̃pleat os meũ vt die ac no cte q̃tidie dei mei magnitudinē loq̃tur vel cantet. Oĩa abijciẽs. tot⁹ ĩ te sitiẽs. nihil pter te sentiẽs resoluar ĩ te z incẽtralit q̃escã. Abcedat vanitas. accedat deitas. tñs formet charitas: z fiã tot⁹ diuin⁹. Apiatur cor meũ. ape riant cordis vlnera. iũgant intia. z sim vnũ cũ xpo. Aṁ.

¶ ☞ Explicit Scđa ps hui⁹ libri. q̃ spẽaliter tra ctat de his que ad ꝯtemplationē dispositiua z indu ctiua sunt. z de pfectu ꝯtemplationis.

Incipit tertia pars huius libri

que spēaliter tractat de ɔtēplatōis quiete. ꝛ de his q̄ ad dictā quietē ꝑuenire volentib⁹ ꝑutilia ꝛ necessaria sunt ¶ Et pmo q̄ sunt q̄ inducūt hoiem ad ɔtēplatōis q̄etē

Ca. I.

Si ad ɔtemplatōis quietē voluer͡ꝫ ꝑuenire: in te studeas tria radicare. ¶ Primū est. vt quantū tuū conditorē offenderis ꝛ a te ꝛ ab alijs q̄tidie offendar recognoscas ꝛ de tuis scelerib⁹ itime dolēs. alijsq͡ꝫ tanq͡ꝫ sibi ɔpatiens abūdanter si potes q̄tidie lachrymeris. ꝛ hec cogitās mag͡ꝫ tristari desideres q͡ꝫ gaudere. cernēs q͡ꝫ nō sum⁹ in statu leticie ꝫ meroris. Magnū est em̄ si deū nostꝝ sic ɡuiter offensum in nr̄is delict͡ꝫ possumus toto tp̄e vite nr̄e plorādo placare. Et hāc ɔsolationem debem⁹ eligere in p̄nti: ꝓ posse sp̄ nr̄as ꝛ primoꝝ miserias ꝛ nequicias deplorare. ꝛ ipse benignissim⁹ dn̄s aīe sic fidelit̄ in amaritudine existēti post lachrymatōem et fletū exultatōem infundet. Et sicut aq̄ in vite putrefacta cū sol̄ calore decocta in vinū ɔuertit̄. sic lachryme im ꝑfecte ɔtrito feruore charitatis decocte: in vinū leticie ɔuertunt̄. Nec em̄ decet dn̄m tam nobilē in aliq̄ domo habitare nisi mūdissimā inuenerit: ꝛ cū oī diligētia lachrymis expiatā. ¶ Scōm est. vt nitaris quantū potes chr̄i ɔpati passioni: ꝛ vbiq͡ꝫ eā tecū circumferre in corde. Nisi em̄ ɔpatiendo nouerim⁹ pati secū: secū nō poterimus iocūdari. Si em̄ bn̄ passionē suā fuer͡ꝫ meditatus ꝛ multū intrauer͡ꝫ lat⁹ ei⁹: cito venies ad cor ei⁹. O felix cor q̄d sic cordi chr̄i dulcit̄ colligat̄. cui⁹ leua sb̄ capite ei⁹ ꝛ dextera illō amplexat̄: q͡ꝛ tunc recte cū sponsa sponsus collocat̄ ꝛ colligat̄ in cubiculo. Sꝫ optimū cor mihi narra obsecro dulcedinē quā tu sentis. quib⁹ affluis de-

litijs nō occultes. Sed vt bñ video nō audis: q2 cor tu
um absorptū est p dulcore Jā tu interpret tui existent
in carcere oblitus es. Certio em̄ sic te amenitate nimia
esse captū vt iam non sint ampli9 neq; vox neq; sensus
Quicūq; em̄ ad ɔtemplatōis q̄etem z dulcedinē nisi p
istud ostiū voluerit intrare: furē se reputet z latronem.
¶ Tertiū est vt possidere nō cupias nisi deū. z quicq̄d
nisi deū habuer: aut oblatū fuerit vel vider: aut noīa-
re audier: debes tanq̄ de tot folijs nō curare: ꝫ in deo
solo stabilias mentē tuā. z solus soli sibi iungar. Tūc i
auribus tuis melos sue eloquētie resonabit. thesauros
sue sapie reuelabit. melliflua oscula exhibebit. teq; pre
delitijs nō poter sustinere. z suis te sustētans amplexi-
bus nimia dulcedine absorberis. O felix aīa q̄ abisti q
nos in tāta amaritudine reliq̄sti. Nūcia nob obsecro si
tibi sufficit istud bonū. an vis q de nr̄is obsequijs tibi
trāsmittam9. Sꝫ vt puto nō reputas nos encenijs sed
stercoribꝫ abundare. Quid tibi offendim9 o aīa iocun
ditate repleta. q etiā maxia nr̄a aspicere non dignaris:
Quare q̄ sic diligim9 tu ɔtēnis: Sꝫ vt video nob non
loquer: q2 rapta es a dilecto. O amor ieffabil q̄ cor sic
cōglutinat suo fini. O mira benignitas saluatoris q̄ se
singulariter diligētes tā dono visitat excellēti.

¶ ☞ Q2 glōiosum sit z q̄liter possit hō mutari in deū.

O Mirabilis mutatio dextre excelsi. Ca. II.
Sicut em̄ apud hoīes tpalia diligētes vel aman
tes mirabile esset si q̄s vnū fetidissimū sterc9 ɔmu
taret in oēs delitias z honores mundi hui9. s. vt p vno
fetidissimo stercore hr̄et hui9 mūdi plenā dn̄ationem. z
quantū ad tpalia ad modum impatoris. z quantū ad
spūalia ad modū pape. z nullam resistentiā hr̄e posset.
z insup maligni spūs obtēperarent ei, z nō solū terra ꝫ

etiā celi ⁊ sidera ad suū regerent nutū. mortificare etiā posset ⁊ mortuos suscitare: ⁊ infirmos curare: ⁊ etiā posset cursum nature in oībꝫ mutare. ⁊ hr̄et oēs diuitias et delitias q̄s citra deū posset excogitare: imo q̄s deꝰ posset facere: dū tn̄ in deū nō duceret. sic imo sine ꝯparatione multo magꝭ est admirabil' laudabil' ⁊ amabil' illa ꝯmutatio qn̄ q̄s ꝯmutat se in deū. Nā maior est sine ꝯparatione distātia inter hoīem ⁊ deū q̄ꝫ int' quācunq̄ꝫ vilissimā creaturā. ⁊ oīa q̄ citra se deꝰ facere posset. Tūc aūt hō seipm̄ ꝯmutat in deū qn̄ eligit ⁊ diligit se odiri. ⁊ solum deū diligere: ⁊ circa nihil aliud vult affici nisi soluꝫ circa deū. ⁊ ille solꝰ in suo iacet affectu: ⁊ de nihilo curat nisi de ipso deo. ⁊ totaliter sitit quō p̄ se vel p̄ alios honorificet dn̄s deꝰ suꝰ. O ꝯmutatio desiderabil'. nā certe iste vulnera pctōꝝ i vulnera chr̄i ꝯmutauit. ⁊ mentis feditatē in dei bonitatē. suā vilitatē in dei maiestatē. suā nequiciā in dei clementiā. amaritudinē cordis in dulcedinē creatoris. Nam totꝰ est dei ⁊ nihil nisi deū req̄rit. Cor suū plenū est ip̄o deo. se exuit ⁊ deū induit. zelo dei sibimet guerram facit tanq̄ꝫ crudelissimo hosti. Si ḡ talis est ꝯmutatio ista: cur serue nequā. infidele mancipium. inutilis creatura hoc adimplere retardas. Caue etiā ne h̄ adimplere studeas cū torpore vl' tepore opis. ḡuamine cordis. anxietate pectoris. insensibilitate mētis. ꝫ potiꝰ cū animi auiditate feruoris. intentōe amoris īmensitate. marie cū nihil sit vtiliꝰ hoī. nihil delectabilius. nihil nobiliꝰ. Si ḡ teipm̄ exueris ⁊ p̄ hūc modum in deū intrauerꝭ: caue ne extra ipm̄ possis aliq̄ mō inueniri. Et si aliq̄ mētis infirmitate vel negligētia te exire ꝯtigerit. illic statim recurre cū fletu. ⁊ depcare supplr' vt tibi indulgeat: ⁊ dignet' te fugitiuū suū recipe. Et tunc ꝓponas firmit' i corde tuo q̄ ampliꝰ inde nō exeas. Nō

tamen dico vt tale ꝓpositum facias q̃d ad nouã culpã te obliget. qꝛ fragiles sum⁹ ⁊ inconstãtes. Sȝ si millesies ab eo exierꝭ toties ad ipm recurras. ¶ Regl'a istius bona. Null⁹ cũ deo p̃t bñ ꝑfecte vniri vel esse q̃ alicui creature affectũ suũ ligatũ vel inclinatũ habet.

¶ ☞ Qꝛ mirabile est gustantẽ semel deũ posse ab eo amplius separi. Ca. III.

Multũ mirari debem⁹: imo nos non mirari miremur. quõ hõ sel' deuȝ degustãs ⁊ ei⁹ dulcedinẽ p̃t ab eo ampli⁹ aliq̃ten⁹ separi: ⁊ quõ nõ obliuiscit oĩa ex ebrietate nimia: etiaȝ comedẽ ⁊ bibẽ ac doꝛmire. ⁊ si q̃d aliud añ ipm ponat quõ p̃t ibi aliud q̃ suũ dñm benignissimũ intueri ⁊ i eo sũma dulcedĩe delectari. cũ ipm ĩ oĩb) sciat esse. ⁊ in oĩb) illũ inuenire possit vt i oĩb) requiescat: O q̃ bon⁹ isrl' de⁹: his q̃ recto stꝭ coꝛde. O q̃ dulcis ⁊ suauis est spũs ei⁹ in eis. O q̃nta amaritudine. quãta tristicia. q̃nta anxietate repleri deberet aliq̃s. qui etiã ad momentũ a tãta sequestraret dulcedine.

¶ ☞ Quõ hõ in bꝛeui tp̃e possit esse ꝑfectus. Ca. IIII.

Quicunq̃ ꝑ contẽplationẽ ad summitatem montis dei vult peruenire: opoꝛtet q̃ nũq̃ quiescat dum vigilat. sed semper per mentꝭ eleuationem ascendat. Nam in isto ascensu non quiescere est quiescere. ⁊ qui quiescere vult fatigatur. nec postea sic bene potest ascendere. imo contingit aliquãdo q̃ cũ quiescere vult intantum fatigat vt amplius nullo modo ascendere possit. In ascensu enim montis materialis: quia caro infirma est quietem interpositam requirit. Sed in ascensu montis spiritualis: quia spũs pꝛomptus est: contrarium requiritur. vt scilicet non quiescat spiritus. Sed dum fatigatur tunc ascendere debet velocius, currere foꝛtius, et recentioꝛ fiet et auidioꝛ erit

ad maiora. ꝛ sibi leuius apparebit. ꝛ delectabilius ꝛ sua uius ꝛ dulci⁹ ꝯdiet. nō qescere eligēs ꝑ qete. Et iō stulti sunt: ꝛ qd sit ꝯtēplatio inexpti: q cā resumēdi vires requiescunt. Tūc hēant ꝑ certo ꝙ in illa qete vires mīme resumūt: ꝫ poti⁹ dispgūt. Vñ si fortiꝰ currit anim⁹ cōtemplātis: tūc suaue est ei. si plane incedit incipit fatigari: si qescit vires dispdit. Et iō nō est aliud nisi cū ꝓgine ascēdere ī mōtana cū festinatiōe. Si qs ꝫ cape nō pt ꝫ vult qescere: ꝛ tñ ascēsum in desiderio hz: ꝫ restat remediū. Quis nō valeat his q dicta st̄ adeqri. s. vt saltē modū ascendentiū maꝰialiter nō deserat. Nā q materialiter in montē ascendūt: ꝛ in medio fatigati qescere volūt nō descendūt ad qescendū ī valle. qꝛ sic ad summitatē nunꝙ venire possent: ꝛ stultissimi reputarenꝰ ab oībus hoīb. Sic st̄ ab oīb stulti rputādi ꝛ nūꝙ ad cacumē ꝯtemplatōis ꝑuenient q hodie ꝑ ꝯtēplatōem modicū vel multū ascendūt ꝛ affecti tedio ad locū vñ venıūt: siue ad statū vñ recesserāt redeūt ad qescendū. ꝛ in pctōꝝ siue vanitatū vallib seu imꝑfectōis planicie credūt ad ascendendū effici fortiores. ignorātes ꝙ vir poteꝰt ad locū siue statū ad quē ꝑuenerant ꝑuenire. Et ista est rō sicut credo: q̄re sic pauci hoīes ꝯtēplatiui attingūt supciliū montꝫ. Vñ si hō ascēderet q̄ntū posset ꝛ ibi qesceret: nō inde recedēs aliq mō. ꝛ cras eleuareꝰ alti⁹. ꝛ ibi etiā figeret pedē cordis. ꝛ postmodū inde ascēderet sic faciēdo sp. dico vob ꝙ iste plus ꝓficeret in vno mēse: ꝙ alius in qdraginta annis q retrocederet ad qescendū. ꝛ sp ad idē rediret. Et credo ꝙ iste ī breui ꝯsummareꝰ in statu. ꝛ eēt glīosus corā deo. ꝛ a tō celesti curia ꝑdilectus. Si āt in mōte timuerꝫ aliqd: curras ad cauernas laterꝫ chrī. Si ꝓo nō potes abstinere a valle: qꝛ ibi nutrit⁹ es. nec vis adiplere q dixi: ꝫ saltē fac vt ad vallem

tue miserie ⁊ etiã toti⁹ hũani gener⁊ ꝯdescẽdas ꝑ hũili⁊tatẽ tui ⁊ ꝯpassionẽ ꝓximi: tã de tuis q̃ꝫ de alienis dolẽdo pctis ⁊ ꝓ eis veniã postulãdo a deo. Quã ipse cõcedat q̃ est bñdict⁹ ĩ scła. Amẽ. ¶ Vñ hec breuis regła hec oĩa ĩ breui ꝯphendit. Qui voluerit ꝑ ꝯtẽplatiõem ad summitatẽ mont⁊ dñi ꝑuenire: nõ q̃escat nec retrocedat donec assecut⁹ fuerit qͦ ĩtẽdit: nisi forte descẽdere velit ad suoꝝ ⁊ alioꝝ tristiciã pctõꝝ.

¶ Qñõ aĩa inebriat̃ ĩ ꝯtẽplatõe a c͛atore suo Ca. V.

O Altitudo diuitiaꝝ sapiẽ ⁊ sciẽ dei: q̃ꝫ incõprehẽsibilia st⁊ iudicia ei⁹ ⁊ ĩuestigabiles vie ei⁹. Quis ascẽdet ĩ montẽ dñi aut q̃s stabit ĩ loco sctõ ei⁹. Sꝫ si q̃s ascẽdere voluerit: ꝑ quã viã: cũ inuestigabiles sint vie ei⁹? Audi dilectũ tuũ aĩa dilecta. ⁊ gaude cũ cũcta q̃ dcã st⁊ cũ oĩ diligẽtia studuer⁊ adiplere. et sic deo appropinq̃ris vt nihil p̃ter ipm valeas cogitare. ⁊ ceťa p̃ter ipm tibi sint ĩ nimia amaritudie. ⁊ q̃si libentius velles aĩaꝫ a corpe separi: q̃ꝫ aĩaꝫ tuã separe a ꝯtinua cogitatõe dei tui: vł q̃si ꝯtinua. Et q̃si videret̃ tibi q teipm nõ ames nisi te ꝓpter ipm amauer⁊. Quid tibi de dilecto tuo ꝯtingat ausculta amore repleta: imo q̃si tõ in amore ꝯuersa. Iste dilect⁹ tu⁹ o dilecta: a q̊ nõ pores aliq̃ten⁹ separi: seipꝫ a cogitatu tuo ꝯtinuo paulisꝑ sbtrahet. ita vt cor tuũ circa aliq̃d aliud incipiet euagari. ⁊ tu vidẽs eũ quẽ sic fortiť diligis abcessisse. nimia auiditate repleta queres vndiqꝫ qñõ possis (quẽ sic fortiter dilig⁊) inuenire. oĩbusqꝫ creatur⁊ breuiť nunciabis vt dicãt vel indicẽt tibi vbi est dilect⁹ tuus. q2 lãguida efficer⁊ p̃ amore. Quãto tũc fletu. q̃nta lamẽtatõe ꝑfundaris. q̃nta anxietate p⁹ dilectũ tuũ discurras: tibi nescio enarrare. Sꝫ o mirabił inebriatio amoris. hoc ipo q in ipm tẽdis cũ ipso es ⁊ ignoras. Sꝫ q̃d faciet dile

ctus tuus oĩ amore repleta: Nunqd poterit se ãplius occultare: Sꝫ dilectissim⁹ spõsus tu⁹ qntoti⁹ pñtabit. ꝛ tu illũ vidẽs quẽ cũ tãta auiditate q̃sieras nimio amore amplexaberis eũ. ſꝑ tñ cũ oĩ reuerẽtia ꝛ amore ꝛ timore. Sꝫ q̃nta ad hec assit tibi ꝯsolatio: tũc si sapiẽs fueris poteris expiri. Sꝫ audi o amãtissima dñi: cũ te securam reddideris iteꝝ se absentabit: ꝛ tũc maiorẽ ardorẽ q̃ꝫ p⁹ ipm reqrendo hẽbis. Quid dicã tibi: Iteꝝ se absentabit: ꝛ iteꝝ atqꝫ iteꝝ. ꝛ breuit totiẽs a te se absentabit donec sis sollicita custodire eũ. vt te securã nõ audeas reddere: ꝛ oĩa hẽas iã suspecta. Sꝫ o felix aĩa audi qd faciet tibi dilect⁹ tu⁹: cũ secũ icipies qetari: vno dulcissimo incipiet te potare: ꝛ tu ei⁹ allecta dulcedĩe: ampli⁹ eum incipies affectare. ꝛ ipe largissim⁹ ãpli⁹ tibi dabit. ꝛ q̃nto pl⁹ dabit ampli⁹ postulab. ꝛ ipe benignissim⁹ ãplius tibi mistrabit. Quid dicã: Satiari nõ poteris donec inebriata fueris ꝛ vino iã vndiqꝫ ꝑfusa. Uteꝝ ãt p⁹ freq̃ntem ꝛ nimiã inebriatiõem soporẽ aut raptuꝫ ꝯseq̃ris: si dñs tibi ꝯcesserit poteris expiri. Largissim⁹ est em̃ ꝛ pl⁹ sine ꝯꝑatione q̃ꝫ credi valeat elargit. Hoc tñ ſꝑ hẽre debes in corde tuo: ꝙ tu sis vilissimus ꝛ ꝙ nullo mõ ad h̃ apt⁹ sis: imo ꝑmaxi[m] tibi dꝫ videri si ipe delꝫ pctã tua: etiã cũ q̃ntacunqꝫ penaꝝ afflictõe in h̃ mundo: q̃ est laudabilis ꝛ gl'iosus in secula. Amẽ.

¶☞ Qr hõ añ raptũ diuersimode inebriat Ca. VI.

Quoniã in pluribꝰ locis supdictoꝝ capl'oꝝ diximus hoĩem duꝝ diuina influentia inebriari posse. Ut mens tua ampli⁹ eleuet: volo vt ebrietatẽ illaꝝ influentiaꝝ diuinaꝝ nõ ignores. Debes em̃ intelligere ꝙ vir ꝯtẽplatiu⁹: q̃uis multas ꝯsolatiões hẽat spũales: añq̃ꝫ ad soporẽ ꝛ raptũ ꝑueniat: ad qd pauci attingunt valet duplicẽ expiri ebrietatẽ. ¶ Prima est q̃dam abũ-

dantia iocūditatis in corde: ⁊ vehemēs iubilatio men-
tis q̄ post multū fletū aut multā ꝯsideratiōem passiōis
christi. aut ꝑ magnū feruorē amoris singularis in deū ve-
nit ex q̄dam noua influētia ⁊ diuina irradiatōe in men
tem. Et illa leticia tantū abūdat ī corde vt etiā ī mem-
bra corpis redūdet. ⁊ illa facit diuine clemētie arridere:
⁊ pre exultatōe nimia ad modū ebrij ꝑcipitāter gradit
quietē nō sustinēs: ⁊ creaturas q̄s inuenit sui creatoris
amoris magnitudie amplexat. Et bn̄ potes credere ꝙ
cor suū nō multū applicat ad terrena. sed si aliud occur-
rerit omnia reputat esse vana. ¶ Est alia dulcedo siue
ebrietas que nimia dulcedine replet cor ex diuino con-
sortio. hec venit ꝑ contemplatōis quietem. ⁊ intantum
abundat hec dulcedo in corde vt redundet ad oīa mē-
bra abunde. adeo vt totus sibi tam interius q̄ꝫ exterius
mellifluus videat. Et sicut prima ebrietas pre hilarita
te quietem non sustinebat: sic ⁊ ista pre nimia dulcedi-
ne quiescere facit. Et hec nisi intantum incendat vt so-
porem generet: non auferet totaliter particulariuꝫ sen-
suum actus. sed ad modum ebrij esse liberos nō ꝑmit-
tit. ⁊ tunc quasi quicq̄d viderit reputabit quadā diuia
dulcedine abundare. Et q̄ꝫuis prima sit in intentiōe le
ticie. ⁊ ista in intentione dulcedinis. tamen non oportꝫ
dubitare quin illa sentiat dulcedinem. ⁊ ista leticia non
priuetur. Et q̄ꝫuis nō sit necesse timere de ꝑma: ꝫ poti⁹
sit gaudendū. tamen de scda que consistit in quadā ad-
mirabili dulcedine cordis: sꝑ secuꝫ est dubitare. qꝛ dia-
bolus transfigurat se in angelum lucis. ⁊ consueuit ali-
quando similia procurare. Vellet em̄ ꝙ hō supbiret ⁊
se aliq̄d reputaret: vt talibꝫ delicijs fruerer ⁊ ibidē q̄es-
ceret vt sic auerteret a deo. Et hoc bene ꝑmitteret dn̄s
euenire: qꝛ aliq̄ contēplatiui aliquādo de se nimis ꝑsu-

munt:aliosq̄ ꝯtemnūt ⁊ credūt se deo esse ꝓximos. cū tñ sint ꝓpt̄ supbiā ab eo nimis elōgati. Et iō diabol⁹ p̄ supbie hāc ptātem i eos accipit vt talibꝫ delitijs eos decipere possit. Et iō cū summa diligētia attēdendum est: vt qñcunq̄ tibi acciderit tal' delectatio: aciem ment⁊ in deū dirigas. nec ab ipo cor tuū discedat. Et si delectari opteat: solū delecter⁊ in deū. Tunc si a deo esset illa dulcedo deberet intēdi. si a diabolo deberet ꝓuari aut saltē remitti. Qꝛ si de⁹ in hoc te voluerit aliqñ ꝯsolari: vt q̄ ꝓ tuis aliorūq̄ pctis amaritudie repler⁊. aliqñ delitijs ꝑfruaris: regr̄tiari sibi debes vt potes. ⁊ adhuc tñ licitū est timere ne ꝓsumptōem incurras. Potes em̄ cogitare ad humiliandū cor tuū sꝫ hac dulcedie: q̄ dñs ꝓ paruo aliq̄ bono qđ fac⁊ in pñti: qđ tu reputas esse magnū fortasse vult tibi ꝓ pmio dare illđ. qꝛ te premījs eternis reputat esse indignū. Potes em̄ timere ne istđ dulcissimū vinū tibi adhuc spūalit̄ febricitāti ꝑiculū mort⁊ inducat. i. occasionaliter te faciat subire. Ideo pleno corde dum sum⁹ in hac valle miserie ꝯstituti. debem⁹ magis ꝓ peccat⁊ appetere cum christo crucifixo affligi q̄ꝫ ꝑiculosis delitijs affluí. Et sicut quotidie peccamus. imo quasi ꝯtinue: sic debemus ꝓ eisdē peccat⁊ velle penā cōtinuam sustinere. Et sicut sumus vilissimi serui dei: sic debet nobis placere. imo debem⁹ appetere ab omībꝫ vilissimi reputari. Et sicut ad honorē dei facti sum⁹. sic illud solū deberet in me ⁊ in alijs placere mihi qđ ad suū tendit honorem. ⁊ illđ solum displicere qđ in ꝯriū vergit. De indifferentibꝫ autem nullo modo debemus curare. nisi quia omnia debemus ad laudem dei referre. Quod nob̄ concedat ⁊c.

¶ ☞ Qꝛ contemplatiuus debet gaudere de bonis proximi: alioquin tria mala ꝯmittit. Ca. VII.

HEc oīa etiā appetere debes o ɔtēplatiue cuilibet hoi ⁊ debes ꝓ qlibet homie sollicite orare. Et qn̄ vides aliqd bonū in ꝓxio mirabilit̄ gaudere debes, etiā si illd nō videas ī te. Qd si nō feceris: ſꝫ potius dolueris: tria maxia mala in h pctō ɔmitt᷑. Primū est ꝙ honorem dei (q̄ in bonis illi⁹ resultat) odire videris. Scdm est. ꝙ passionē chr̄i (q̄ ad h est passus vt vnusqsq; abundet fructibꝫ) ɔtēnis. Tertiū est ꝙ charitatem (q̄ pximū sicut teipm diligere debes. ⁊ ei⁹ bonū affectare sicut tuū) laceras ⁊ diuidis. Multū ḡ bonū pximi diligas ⁊ pcures. ⁊ maxie spūale. ⁊ etiā cū necessitas se obtulerit tpale. ⁊ sp spūalia tibi dn̄s exhibebit. ⁊ tādē ad celestia te vocabit. Ad q̄ ipe nos pducat q̄ ꝓ nob voluit cruc᷑ opprobria sustinere. Amen.

¶ ☞ Qr contemplatiuus non iudicet alios ꝓpter defectus in ipis apparentes Ca. VIII.

DIabolus in malicia antiqtus viros ɔtēplationis cernēs ī celestibꝫ ɔuersari: vn̄ ꝓpt̄ supbiā est eiect⁹: nitit̄ mō aliq eos secū trahere ad inferna. Et qr videt eos nō posse vincere ī apto. conat̄ saltē decipe in occulto. Sꝫ qꝫuis diuersa mala diueꝛs tēpibꝫ suggerat. tū ad h nitit̄ vt ɔtēplatiu⁹ de se p̄sumat ⁊ alios iudicet viciosos. ap̄lice inherēs snie: oia iudicat spūalis ⁊ ipe a nemine iudicat̄. Sꝫ o pest᷑ atq; mors ḡuissima ⁊ occulta. hec deū fugat. p̄sumptōem pessimā inducit ⁊ abhorrendam. hec vescentē in croceis facit stercora amplexari. hec spūali plenū leticia ad acidiā ducit. hec oia ad honorē dei referēda facit diabolice fraudari. Sꝫ o hō nū quid in altū ɔtēplatōis ascēdisti: vt sic faciēs aliosq; iudicās debeas mag᷑ pcipitiū sustinere? Pone ḡ te in nouissimo loco in ɔsideratōe tui ipi⁹ ⁊ cadere nō valebis. ⁊ dei ɔmendans opa oia ɔmēdabis. Attēde ḡ o hō in

contēplatione constitutus ⁊ cognosce qualiter deus ꝓ
pter suū honorē faciēs creaturā: diuersis diuersa voluit
munera elargiri: vt nō vno mō ꝫ multiformiter honore
tur: atqꝫ sui thesauri manifestari sic queant. ⁊ vt ꝯmen
dandi suā magnificentiā materiā multiplr̄ habeamus
Debes ḡ cogitare ṗmo ꝙ deꝰ sicut bonꝰ paterfamilias
ordinās domuꝫ suā pēsat filioꝝ sapiam. potentiā ⁊ bo
nitatē. ⁊ ṡm ꝙ viderit diuersa cōmittit officia ⁊ tribuit
dignitates. Cogita ḡ ṗmo tu q̄ ꝯtēplationi vacas. ꝙ
deus pater tuꝰ benignissimꝰ sciens te ad oīa imbecil
lem: noluit te in periculosis ⁊ difficilibꝫ ac implicatꝭ ope
ribꝫ ministrare. ꝫ sua clemētia tanqꝫ infirmū ꝑ ꝯtempla
tionis quietē te voluit ꝯsolari. Alios aūt cernēs ī cha
ritate feruens ⁊ fortiter radicatos voluit suꝑ ꝑiculosa ⁊
difficilia ordinare. sibi nihilominꝰ quietē tribuēs pꝰ la
borē. ⁊ ꝯsolatōem nō modicā in labore. Si ḡ viderꝭ te
spūalibꝫ inherere: ceteros aūt circa alia laborare: nō eos
iudices: ꝫ sapiam ⁊ bonitatē dei in eis inspice. te aūt in
firmū agnosce: aliosqꝫ ꝯsidera esse fortes. Quo eñ for
tem te reputare potes q̄ ꝓpter nimiā tui infirmitatē le
cti molliciem. i. ꝯtemplatōis dulcedinē sustinere nō va
les. ꝫ ad modū arundinis oīi vēto moueris. Quid ḡ
faceres si te oporteret vna manu edificare ⁊ alio hostes
gladio effugare: Nēpe deficeres solo pauore. Lauda
ḡ deū tuū q̄ potētes ī arduis posuit ⁊ aduersis. prudē
tes intētos fecit studijs: clemētes bonoꝝ tp̄aliū fecit di
stributores. Te aūt ne deficeres voluit q̄escere ꝑ ꝯtem
plationis quietē ne errares. noluit te subtilia ⁊ curiosa
inuestigare vt simplicitatē hr̄es: ne maiꝰ dispensator es
ses voluit te oīa abnegare vt pauꝑ esses. Nō ḡ te de
istis exaltes nec alios iudices ꝫ exaltes. nec ab his exclu
das eos q̄s videris ociosos. Debes eñ cogitare ꝙ tam

q̄ sapientes ꝛ probi thesaurum acquisitū abscondunt laborātes in occulto ꝛ in publico quiescentes. Aut certe cogita ꝙ ille qui dedit ventis pondus permittit eos in istis minimis ꝛ manifestis deficere: ne de maximis que sibi concedit in supbiam eleuētur. Et q̄uis sic facere debeas de omnibꝫ supradictis. tamē quia vides eos in periculo esse. debes tu (qui in quiete es) ꝑ eis orare. vt sic possis eos allicere ad quietem. ¶ Debes secūdo om̄ia ad laudem creatoris reducere. qđ facere poteris ꝑ hunc modum. ꝛ etiam melius si dn̄s dignabit̄ tibi indicare. Cum etiā videris aliquos in prelatiōe tꝑali vel spūali: siue in dignitate aliqua ꝯstitutos: hoc esse factū ad ꝯmendandum magnificentiā ꝛ potentiam dei cogitabis: ꝛ eum laudabis. Cū aūt aliquos insistētes scientie viderꝫ. ꝛ nō solū creatoris: ꝫ etiā creaturaꝝ occultissima inquirentes ꝛ quēlibet ꝟsiculū curiosissime obseruantes ꝛ ordināntes: hoc esse ad manifestandū dei sapientiam nō ignores. ꝛ in eis diuinā sapiam ꝯmendabis. Cū aūt viderꝫ aliquos tꝑalibꝫ negotijs insistētes. in ipis laudabis dei prouidentiā. ꝑ tales quiescentibus prouidentem. Si viderꝫ aliq̄s insistere operibꝫ pietatꝫ in ipsis laudabis diuinam bonitatē: se ad om̄ia diffundentem. Si videas aliquos ceteros iudicare: dn̄i iudicium time. Si videas penā inferentes: diuinā recogita iusticiā. Si rigidos. diuine iusticie expauesce rigorem. Si repheñsores causaꝝ: discussionis futuri iudicij recordare. Si videris ꝑlatos circa punitionē remissos. in eis diuinam misericordiā cōmendabis. Si calorem habueris. recogita dei patrꝫ erga nos nimiā charitatē. qua suū filiū voluit incarnari ꝛ ꝑ nobis omnibꝫ crucifigi. Si frigus habueris. ab omni estu miserie ad refrigeriū anhelabis. Et sic omnia potes reducere ad lau-

dem ɔditoris. Nō em̄ debet esse creatura in qua tuum nō honorifices creatorē. Hocipso em̄ oīs creatura dig͠ est oī laude q͛ a deo ɔdita est: ⁊ ab eo ɔseruat̄ i esse. ⁊ ħ ipo q͛ dat̄ esse. s. dei ei⁹: ⁊ suū mirabl'r ɔmēdat autorem Nec pauca exēpla posui vt hēas mentē ⁊ viā ad maiora. Et istō est diuinū iudiciū ad qđ te voluit ap'ls inuitare in aucte p̄dicta quā tu pessime assumebas. Nō em̄ vult ap'lus innuere q͛ spūalis hō ceťos debeat ɔtēnere vl' iudicare: cū alibi ip̄e dicat. Nolite an̄ tp̄us iudicare. Et alibi. Tu q̄s es q̄ alienū seruū iudicas: Sȝ tu dicef q͛ hec secreta diuine sapie nō ꝑcipit hō carnal'. ꝭ spūalē mēte p̄dit⁹ vt dixi: q͛ meli⁹ in creatura q̄libet iudicabit .i. discernet. Judica ḡ ⁊ tu oīa .i. diuinā potentiā. sapiaȝ ⁊ bonitatē in oī creatura discerne. ⁊ veꝝ oīm honorifices conditorē. Si aūt aliquē certitudinalit̄ ⁊ ꝓbabilit̄ nouerȝ pctōrem: caue diligēter ne ꝓpter ħ ipm ɔdēnes. nec etiā ipm ɔmēdes. ꝭ viciū tibi displiceat: ⁊ ɔpatiaris inq̄ꝫtū poterȝ ꝑsone. Laudab etiā dn̄m deū tuū q̄ non ꝑmisit impiū ḡuius cadere: nec te illō vicium ꝑpetrare. Nullo mō enim dubites q͛ si te non custodiret a malo: grauissima ⁊ turpissima deduceres ad effectuȝ. Deum etiā suppl'r exorabis vt ipm ⁊ quēlibet pctōrem releuet a pctō: ⁊ te custodiat ab oī malo. Nisi em̄ nouerȝ ɔpati peccatȝ ꝓximoꝝ ad bonū: indurabit̄ cor tuū. ⁊ forte ī malū corrues sine freno Qui em̄ fidelit̄ orōne vl' exhortatione bonū ꝓximi nō ꝓcurat cū facere p̄t. non dubito q͛ ab ipo dn̄s elongatur. Sȝ q̄nto magȝ credis ab his dn̄m elongari: q̄ arridēdo detractoribꝫ ⁊ ceterȝ pctōribꝫ applaudēdo eos ī sua malicia fouent. ⁊ audaciā tribuūt iteꝝ similia faciēdi. Si ḡ optunitas se obtulerit maluȝ argue. aut si non expedierit saltē tristiciā p̄tende faciei. vt aliq̄liter ɔfundat̄ pctōr. Nec attēdas magnitudinē

alicuius: qꝛ illũ reputa esse magnũ q̄ approximat deo. ⁊ tanto maiorē quãto amplius approximabit. Que enim ꝑuersitas facit seruũ diaboli timere ⁊ magnũ reputare: ⁊ filiũ dei adoptiuũ ꝯtēnere iã arrã patrie possidentem vesania est nimis magna. A q̄ nos custodiat chr̄s q̄ est bñdictus deus in secula seculoꝝ. Amē.

¶☞ Qꝛ ꝯtēplatiuus nō reputet se maiorē aliis Ca. IX.

Non cessans antiquus hostis cũ nō p̄t viros ꝯtēplatiuos in h̄ decipe vt velit alios iudicare: saltē nitit eos ad h̄ deducere vt qꝛ vidēt se in multis opib⁊ q̄ ip̄i faciũt ꝑficere: alios imꝑfectos esse iudicēt: qꝛ eisdē nō vacãt laborib⁊: aut certe qꝛ eadē q̄ ipsi sollicitudīe ⁊ q̄ete siue vigilia ⁊ abstinētia nō vtunt: sed potius eos vidēt s̄m suũ iudiciũ ociosos: vel cernunt eos circa t̄palia implicatos: in q̄b⁊ ip̄i qui sic mũdo ꝑficiunt aliq̄n offenderũt. Sꝫ o erroꝛ pessime ⁊ occulte: qui s̄m exteriorē ꝯuersatōem vult de interiori homīe iudicare. Nō em̄ requirit tantũ laborē corpis q̄ntũ laborē cordꝫ edificiũ sp̄uale. imo apd deũ p̄mũ sine s̄cdo nō valet. secundũ ãt sic sine p̄o. ⁊ qd vni est nociuũ aliꝫ q̄ꝫ ꝑutile erit Et sicut facies hoim̄ st̄ꝫ diuerse: sic ⁊ modi viuēdi et in bono ꝑficiendi Et ido q̄n te vides laudabilib⁊ operib⁊ fulgere: ⁊ alios vides circa alia intētos ⁊ negligētes: cogitare debes ꝙ licet ista sint in aꝑto: in occulto tñ vl' saltem in cordis cubiculo laborãt opa delicata. Et qꝛ deus illos ꝑ cordis sanctitatē diligit sp̄ealiter forte nō curat eos exteriorib⁊ laborib⁊ agguare: vt ne tam interius q̄ꝫ exterius laborantes sustinere non possent. Debes g̃ ad istã tentatōem expellendã p̄mo in corde tuo cogitare ꝙ non est ꝯsuetudo ꝙ filii regũ quotidie ad lucrandũ panem suũ manualib⁊ opib⁊ se affligãt: ꝫ vt delicate ⁊ sine labore magno de regalib⁊ diuitiis nutriant. Naꝫ sic est

ad lram oportebit ꝙ multotiens vnū fratrē ad haben-
dam vnā deuotōem aut aliquā interiorē ordinationē
multū laborare: ⁊ illud idē vel meli⁹ habebit ali⁹ in so-
la mentꝪ ꝯuersione ad deū. ¶ Scdo cogitare debes. ꝙ
illud qd habere laboras ⁊ mō de nouo incipis degusta
re. sit iam in aliis inueteratū ⁊ firmiter radicatum. Et
fortassis ista est ratio vna. quare affici sicut tu exterius
circa bona spūalia nō videnť: qꝛ dulcedo spūalis de no
uo veniens mutationē inducit: ȝ nō sic (vt credo) illum
q iam diu est mutat⁹ imutat: ȝ ꝑficit ⁊ cōseruat. Et qñ
vides te quodāmodo liquefieri pre amore. alios ꝟo mi
nime. cogitare debes ꝙ ad colorē solis iusticie ad silitu-
dinem solis materialis aliq liquefiūt pre amoris feruo
re: adeo vt sua mēbra vix valeāt aut nō valeāt sustinere
Alii ꝟo desiccanť nō solum ab aquositate peccati: ȝ eti-
am ab humiditate reliquiaꝝ pcti. ⁊ in bono ita cōsoli-
danť ⁊ ꝯfortanť ꝯ malū vt nihil a charitate dei valeat
eos sepāre. Aliqui ꝟo maturescūt: ita ꝙ sibi tam interi
us q̄ȝ exteri⁹ dulcissimi videanť: ⁊ abolita iā oī mentis
acerbitate iā poti⁹ in patria q̄ȝ in via habitare cernanť
Aliq ꝟo crescēdo ad modū arboꝝ: q̄ȝuis tales dulcedi-
nes nō degustent: crescētes tñ de die in diem fiunt apud
deū maiores. Alii aūt putrescūt vt mali. Cū ḡ aliquos
istoꝝ affectuū recipis debes credere ꝙ ille idē affectus
vel maior sit in fratre tuo. Et q̄ȝuis nō sic cito liquefiat
pre amore sicut tu: fortassis ꝯsolidať vel maturescit vel
crescit in bono. ⁊ hmōi sunt forsan meliores effect⁹. Et
certe cū credis te liquefieri tu marcescꝪ. ⁊ iō alios nō mi
nus te ꝓpter talia ꝑfectos iudices: ȝ potius time ne sibi
tu valeas ꝯparari. Nam si cera (cū liquescit ad solem)
ceteris creaturꝪ diceret. nullū bñficiuȝ solis: aut non ita
magnū ꝑcipitis sicut ego: stultū esset: qꝛ etsi nō liqfiant

ad solem sicut ipsa. tamen arbores potiora fructus per cipiunt beneficia. Potes autē ꝛ aliter a te supradictaꝫ tentationē effugare. Debes nanq̄ cogitare ꝙ sicut q̄n-tum ad bona tempalia bonitatem dei percipiamꝰ oēs ita tamē ꝙ ſm aliam rationē iste q̄ ille. ꝛ quot hoīes īmo quot creature sunt tot participandi dei bonitatem differentes rationes recipiunt. Ita simili mō credendū est quantū ad bona spiritualia in rationabilibꝫ creatu-ris. nam gratia naturam ꝑficit. Et hanc diuersitatem in spūalibus donis innuit Aplus ad Corinth. cum di-xisset. Volo autē oēs hoīes esse sicut meipsum. cuꝫ statim subdit. sed vnusquisq̄ propriū donū ex deo ha-bet. alius quidem sic. alius vero sic. Et ex alijs diuers lo cis hanc veritatem habere potes. Si ergo ita est. q̄uo non aliter spūaliter viuet ꝛ seruiet iste q̄ tu. Aliqui enī tendunt ad deum ꝑ quietē. aliqui ꝑ laboreꝫ. alij sic. alij vero sic. ꝛ multotiens est melior qui vilior reputat. Non ergo aliquē imꝑfectiorē te iudices si non facit oīa que tu facis. Cum etiā vides fratrē tuū cū aliquo vel cū ali quibꝫ cōmorari ꝛ tu solitarius es. tūc cogitare debes: ꝙ iste perfectus est in charitate: ꝛ ꝓpter magnā dei dilecti-onem vbiq̄ sit cū eo. siue cū fratribꝫ sit siue solus. Et qꝛ tu in dilectione dei es imperfectꝰ: vix te potes ad proxi mū cōuertere quin offendas. vix aūt aut nunq̄ ad deū potes bene te ↄuertere quin oporteat te a ꝓximo seque strari. sed hoc certe imꝑfectiōis est. Nam angeli q̇ sunt in charitate perfecti ita bene mouent in deū cū sunt no-biscum: aut cū nobis ministrāt. sicut cū sunt in celo em-pyreo. Hoc tn̄ non dico qꝛ credā sic totaliter posse ī via fieri siue dum viatores sumus. sed aliqualiter possumꝰ eos sequi. Adhuc etiā potes cogitare ꝙ q̄nq̄ stᵗ ab istis exterioribꝫ abstracti ꝛ soli deo vacāt. ꝛ ita feruēter mo-

uentur in ipm q ppter nimiā intentionē mentis corpus dissolui videat̄ ꝛ ad nimiā redigat̄ debilitatē. ꝛ ideo vt vires resumāt: ne penit⁹ deficiāt. ꝛ ne etiā sua sctitas ab alijs aduertat̄: se offerūt vt suos solacio primoꝝ. sp tn̄ oīa ad honorē dei faciētes. Et iō stultū est frēm suū iudicare p q̄libet trufa: vel impfectū reputare. Sunt em̄ hodie multi honestissimi exteri⁹ q̄ paꝝ pficiūt intertus ꝛ multi st̄ dissoluti in gestib⁹ q̄ st̄ in corde sanctissimi aut amicissimi dei. Aut qđ pei⁹ est aliq̄ st̄ odoriferi hominib⁹: ꝛ corā deo st̄ fetidissimi. ꝛ sue exterioris sctitat̄ iā suā receperūt mercedē. Et aliq̄ apparēt hoib⁹ pctōres ꝛ eoꝝ ꝯuersatio interior est ī cel̄. Nō dico tn̄ q̄n multotiens ꝯuersatio exterior corrn̄deat interiori. Et qꝛ h̄ vl̄ etiā ꝯtriū discernere nō valem⁹: oēs dei filios iudicem⁹ ꝛ nos inferiores oib⁹: nisi tn̄ manifeste ꝯtrium videam⁹. Nā de bonis pximi ꝛ de sua eminētia sanctitat̄ incerti sum⁹. ꝫ de nr̄a multiplici malicia sum⁹ certi. Mag̃ est em̄ p̄sumptio velle circa pximū meū limitare influentiā diuine bonitat̄: qꝛ mihi om̄es mores sui nō placēt. Et q̄d insani⁹ q̄ꝫ diuinā influentiā vel ꝯplacentiā velle ꝫm meā ꝯplacentiā regulare. Hoc aūt tūc facio cū illđ (qđ nō mihi placet) suspicor nō placere deo. Cū etiā vides aliq̄s circa exteriora īplicari: tunc cogitare debes q illa ad laudē sui creatoris referāt. ꝛ mag̃ in ill̄ circa deum afficiant̄ q̄ꝫ tu cū te recte ꝯuert̄ ad deū Fortasse em̄ qꝛ sic deū diligūt vehemēter studēt ipm q̄rere ī oib⁹ creaturis. qꝛ ipm in oib⁹ nimis laudabilē ꝛ desiderabilē eē credūt ꝛ ꝯgscunt. Et h̄ est magnū gaudiū ꝛ leticia eoꝝ cū vidēt etiā in reb⁹ vilissimis sūmā dei potentiā. bonitatē ꝛ sapiam mirabl̄r ꝯmendatā. Et illa vilia forte sic libēter ptractāt ne assilent̄ nob: qb⁹ oia st̄ nociua. Sꝫ forte qn̄ credis eos ociosos esse inenarrabili tunc leticia sp

spūali ꝯfundunt interius ꝗuis hoc dissimulent vt sapi entes. Aut forte qꝛ se reputāt ita viles nō ꝑsumūt se di uine faciei cōtinue pñtare. ꝫ se vilibꝫ adiungētes nitunt reuerti ipi in corde. ita tñ ꝙ ipm in ꝟitate aliqñ ꝯtēplen tur. Et hec ꝑt esse rō q̄re sic ſꝑ cū aliꝭs iocundant. qꝛ ori tur eis leticia ꝙ sic viles hoīes sicut se esse existimāt pos sint cū eis q̄s filios dei reputāt ꝯsolari. Et si dic ꝫ ꝓpter aliq̄s. ꝫ deberēt cū melioribꝫ ꝯuersari. Dico ꝙ forte il los meliores reputāt q̄ minorē simulāt sctitatem. Aut forte esse cū illꝭ nō reputāt se digs: qꝛ nimis ꝯuersationi illoꝝ videt esse dissiliꝭs vita sua. ꝛ iō sufficere eis videt si valēt esse cū illꝭ dei filiꝭs q̄s pñt aliq̄liter imitari. Sci unt em̄ ꝙ in hñtibꝫ simbolū facilior est trāsit⁹ Aut forte nolūt esse cū magnis vel nimis ꝑfectꝫ ne sua bona intē tio ꝯgnoscat. Potes etiā cogitare ꝙ forte ꝫ ꝯcessit eis dñs vt circa ista extrinseca implicent ꝛ cū fratribꝫ ꝯuer sent. qꝛ sic est deū difficili⁹ possidere q̄ꝫ si solitariꝭ ꝑma nerent. ꝛ q̄nto cū maiori pugna ꝛ labore deū obtinent. tāto est eis laudabili⁹. Quis dubitat ꝙ si hō implicat⁹ vite actiue negotiꝭs adeo ꝑfecte possideret deū sicut ille q̄ morat solitarie. q̄n ei laudabili⁹ esset. Et certe vbi est maior resistētia ibi aliqñ intendit vis amoris. ꝛ ꝑ multi plicē intensionē act⁹ siue feruoris auget substātia cha ritatꝫ. ꝛ inde mai⁹ ꝑmiū assequunt. Cum ꝫ eos credis ꝑdere ipi lucrant. ꝛ cū eos existimab infimos inuenire ī patria: suꝑ te inuenies exaltatos: si tñ ibi fueris. Mul tum em̄ timendū est ne sicut humilitas ipos exaltat: ita nr̄a suꝑbia (q̄ oēs alios volum⁹ iudicare) nos deiꝭciat ī infernū. Aut cogita de eis ꝙ ipi magis approbāt posse se deo ſuire ꝑfecte in his ad q̄ se inueniūt paratos. q̄ꝫ ac cedere ad ardua ꝛ deficere sicut tu facꝫ. Multū em̄ re putāt vel reputare debēt incōgruū aliq̄d tāto dño age

re impfecte. Aut forte tā magna in occulto q̄ȝ parua in publico. tam terrena q̄ȝ celestia attentāt facere: vt i oib ab eis inimic⁹ humani gener⁊ impugnet ⁊ ipi in oibus mereant. Et q̄ȝuis sic impfecti tibi videant: forte pl⁹ in vno interiori motu mouent q̄ȝ tu i mult⁊: imo forte pl⁹ q̄ȝ tu in oib. ⁊ hoc ignorās minores te nō iudices alios ȝ lauda dn̄m q̄ dignat⁹ est te eis sociare: quoꝝ forte me ritis spūaliter viuis. ⁊ si nō viuis ꝑ eos forsitan viues. Nec aūt dixi ad repmendum diabolicā tentatōem. Et q̄ȝuis sit sic aliqn̄ aut sic esse possit: ⁊ sic de ꝓximo sit cre dendū sicut tactū est. tn̄ simplr mihi mag⁊ placet: ⁊ cre do q mag⁊ placeat deo vita cōtemplatiua q̄ȝ actiua. et vita solitaria q̄ȝ domestica. ⁊ mihi magis placet hone stas q̄ȝ dissolutio. ⁊ hec credo multo mag⁊ esse eligenda q̄ȝ illa. q⁊ etsi illa posset bn̄ ordinari in deū ⁊ in sapiētib ordinet. tamen sꝑ qd̄ est ꝓpinqui⁹ fini mag⁊ est eligēdū: ⁊ mag⁊ ipe finis q̄ȝ id qd̄ est ad finē. Et iō licȝ ita se ha beant ista. tn̄ nō est dubiū q ꝑsone ista habentes se hn̄t vt excedētia ⁊ excessa. Nā aliq̄ actiui maioris sunt cha ritat⁊ ⁊ meriti q̄ȝ aliq̄ ꝯtēplatiui ⁊ econuerso. ⁊ aliq̄ do mestici q̄ȝ aliq̄ solitarij ⁊ econuerso. ⁊ aliqui dissoluti q̄ȝ aliqui honesti: ⁊ econuerso. Quicquid tamen nos ha beam⁹ dūmō deo placeam⁹ magnū erit: q⁊ in tāta mul titudine hoīm pauci st⁊ deo g̃ti. Cui⁹ rei cā ⁊ ꝓ nob ⁊ ꝓ ipis debem⁹ nō modicū q̄tidie lachrymari: ⁊ q̄si q̄tidie dn̄m depcari: vt dignet nos facē sibi g̃tos. aut si sumus vsq̄ȝ i finē i gr̄a nos ꝯfuet. Qd̄ ipe nob ꝯcedat q̄ ꝓpter hoc voluit incarnari ⁊ letalit vulnerari. Amē.

¶ ☞ Cōtra supbos ⁊ de se ꝑsumētes Ca. X.

O Superbe. o luciferi imitator responde. nūquid te cogitas dominū esse. an omnia esse a deo ignoras Si ergo aliquid a te protestaris: certe deum te eē fateris. Sed amplius vide vt tua insania reprimatur

Nonne de alienis stultum est gloriari. Cum ergo cun/
cta sint a deo: si de aliquo gloriaris te comprobas esse
stultum. Si autem hec ignoras: te comprobas esse ce/
cum. Audi ergo insane. si gloriari vis ꝛ stultus appare/
re non vis: exclude que non sunt tua ꝛ de reliquis glori
eris. Sed certe si omnia non tua excluseris in nihilum
redigeris. ergo de nihilo gloriare si non vis incurrere
vanitatem. Sed specialius ad dona gratum facientia
descendamus. De illis gloriari non potes: quia hec te
habere ignoras. imo si gloriaris non habes. Sed etiã
ꝙ tu habeas supponamus: qualiter ea possideas vi/
deamus. Tibi proditori ꝛ infideli seruo dñi tui iustici/
am quam habes: noster benignissimus dñs tanꝙ pan/
num albissimũ dedit. ꝛ tu eã stillare non cessas sangui/
ne menstruato. Sed o vesania plene: vtinam saltẽ frõ/
tem mulieris meretricis haberes. Queso que sit mere/
trix sic corrupta, que de menstruo glorief: imo quasi nul
lam inuenies meretricem que de hoc non intime ꝯfun/
datur: nec etiam audet hoc ipã amantissimo sponso re
uelare. Quid ergo o stulte in malicia gloriarꝭ: Si tm̃
in mense semel ad modum mulieris deficeres: haberes
forte causam gloriandi: sed erubesce ꝛ dole: quia conti/
nuꝰ vel quasi cõtinuus est fluxus tuꝰ. Si ergo a te tm̃
est malum. ꝛ a deo tm̃ est bonũ. non in te sed in domino
glorieris. ꝛ de tua turpitudine coram oculis diuine ma
iestatis continue erubescas sicut deficere non desistis.
Sed dicis. in me nolo decetero gloriari: sed tamen cu/
pio ab omnibus cõmendari. Sed o impie latro audi.
nonne stultum est largissimo domino (qui omnia tribu
it) abundanter furari quod sibi charissimum est. maxi/
me, vt videat et sibi displiceat et sustinere non valeat:
Sic est stultus qui ab hominibus laudem querit.

Ideoq̧ cum vniuersa ꝓpter semetipm opatus sit deus oēs laudes oiaq̧ laude digna ad honorem referas dei tui. ⁊ in teipo cogita diligēter ꝙ ad h creat⁹ es ⁊ redemptus vt nō tu ſ deus in tuis opib⁹ ꝯmendet. Tu ḡ dñi voluntatē fideliť exequaris vt laudari abhorreas. deū aūt gaudeas ab oib⁹ exaltari Et q̄nto mag⁊ ab aliquo ꝯmendať tāto in mai⁹ gaudiū eleuer⁊. ⁊ studeas q̄ntuȝ potes mēte. ligua ⁊ ope deū tuū oi tpe adorare semp̄q̧ actu solā suā laudē intendas. Si em̄ bñ diligeres dñm deū tuū: eiusq̧ honorē appeteres vt deberes: malles amarissimis q̄buscunq̧ sp pasci ⁊ ab oib⁹ stult⁹ reputari. imo tanq̧ sterc⁹ abhorreri q̄ q̄buscūq̧ delicijs abūdare ⁊ q̄ntūcunq̧ ab oib⁹ eleuari: aut quātacunq̧ corporali ꝑfrui sospitate: si de⁹ tu⁹ in te ampli⁹ nō laudaretur. Etiā posito ꝙ par esset p̄miū vtrobiq̧: h deberet ꝯtissimū esse nob ꝙ altissim⁹ de⁹ nr̄ a nob ⁊ de nob aliqd laudis munusculuȝ recipe dignareť. Sȝ ꝓpter nr̄as miserias in ꝯriū nitimur tota die. Sȝ o mira ineffabil' amabilisq̧ clemētia saluatoris: q̄ tam benignissime nostris ꝯdescendit miserijs: q̄s illā poterit nūciare. O hō totaliter te inuolue in sua misc̄dia ⁊ mirare. ⁊ tam dulci dño gr̄as agere nō desistas. O mi dñe q̄d tibi cōtuli ꝙ tam dulciť me superbū atq̧ arrogantē ꝑtractas ⁊ fouet Que est ista gr̄a quā inueni: ꝙ añ te me sustines ad momentū: Certe h nō merui: ſ poti⁹ cum feris habitare. imo bone iesu nec etiā creatura tua mereor noiari. q̄d tibi ꝓ his faciā: O imensitas bonitat⁊ q̄d ꝓ his tantis bñficijs potero tibi exhibere: ego nescio tibi satisfacere ꝓ delictis. nec etiā ꝓ beneficijs laborare. nec tibi valeo aliquid dare nisi tuū. Scio q̄d faciā. me tibi tōliter exhibebo ⁊ meipm in te totū ꝓijciā. ⁊ sp timore ⁊ verecūdia plenus tibi q̄ntum potero reuerentā exhibebo. et si

dignaberis tibi fideliter ꝯtinue ministrabo. ⁊ si hoc parum sit: tñ qꝛ qḋ potui feci nō dubito ꝯprobab. Sed ħ maximū mihi est si dignaberꝫ me tecū in area ꝯmorari O q̄ꝫ dulcꝫ tūc mihi esset tua pñtia summe bona. Accedam cū silētio ⁊ discooperiā pedes tuos: vt me dignerꝫ aduenā in matrimoniū copłare. Non q̄escam certe donec tuis amplexibꝫ gaudeā ⁊ inenarrabili dulcedine cōsopit⁹ in tuis brachijs ꝯq̄escam. Tūc delitijs affluam ⁊ mirabiť ⁊ dilatabiť coꝛ meū: ⁊ mira suauitate potius nihil nisi te ꝓtero cogitare Attamē ⁊ nūc obsecro amabilis dñe vt meo regimini nullo tp̄e me dimittas. quia sum aīe mee laceratoꝛ ⁊ lapidatoꝛ impius. Oia q̄ mihi voluerꝫ elargiri sicut illa tribuis tu conserua. ⁊ tibi soli sit honoꝛ ⁊ gloꝛia ⁊c̄.

¶☞ De paucitate bene obedientiū Ca. XI.

Quis dabit capiti meo aquā ⁊ oclis meis imbreꝫ lachꝛymaꝝ: vt ploꝛare valeā ꝑfectoꝝ statū q̄si ad nihilū iam redactū. Nā terra culta diuis ꝯsilijs chr̄i exēplis: spinas ⁊ trbulos germiat ꝓ frumēto. Certe quāto res ꝑdita est nobilioꝛ: tāto dꝫ esse intēsioꝛ doloꝛ. Sꝫ vt de multꝫ aliq̄ videam⁹: de obedientia tanq̄ꝫ de religionis fundamēto ꝓmit⁹ ꝯtractem⁹. Heu curre ⁊ discurre vtꝝ possis in sua ꝑfectiōe in aliquibꝫ eā inuenire. ⁊ credo ꝙ vix aut nunq̄ꝫ inuenies eā latitantē. Sꝫ mirari potes ꝙ cū religiones ⁊ religiosi multiplicentur multi: qūo obedientie ꝑfectio sic in paucꝫ: imo q̄si i nulł valeat repiri. Certe etsi multiplicata est gens: nō est tñ magnificata leticia spūalis intēsiue. Queso vt mihi dicas. q̄s est ille q̄ velit hr̄e p̄latū ad p̄cipiendū. nōne potius ad seruiendū: Iam nolum⁹ p̄latoꝝ volūtatibꝫ assentire. ħ volum⁹ vt volūtates nr̄as debeāt in oībꝫ adiplere. Et si aliq̄d deest: iam plus de ipis q̄ꝫ dñi de scutiferꝫ

ruis suis murmuramus. ipis gladio lingue non parci-
mus. ꝛ qđ pei⁹ est: qđ nob ab alio esset gratū. hoc ipō ꝙ
fit a p̄latis est nob odiosum. Jam non cogitamus qūo
possim⁹ eoꝝ voluntatē pleni⁹ adimplere: ac nr̄am volū-
tatem ꝑfecti⁹ abnegare. ꝫ qūo possum⁹ eis in oīb⁊ resi-
stere. ꝛ ad faciendū qđ cupim⁹ eos coartare. aut ad re-
nuendū qđ nob iniungunt excusare ꝛ aliq̄ palliare. aut
diligēter inuestigam⁹ qūo nō teneamur sibi in hoc vel
in illo aliquaten⁹ obedire. Sꝫ heu luciferi imitatoꝛ: q̄
p̄esse voluit poti⁹ q̄ꝫ subesse. timeo ne secū habitaculuꝫ
habeam⁹: ꝛ ad ꝯfusionē nr̄am appareat chr̄s passus. q̄
ꝑ nob patri vsq̄ꝫ ad moꝛtē voluit obedire. nihil sibi re-
tinens q̄ ꝓpꝛia volūtas in oīb⁊ appetere ꝯsueuit. Se em̄
exinaniuit ad plenū. Hunc imitati sunt pr̄es nostri: q̄
cū p̄lati essent: se subditos subditꝫ faciebant. Hoc sibi
dulce. h̄ delectabile. hoc sibi erat ꝑamabile in his q̄ ma-
gis sue voluntati ꝯ̄ria existebant. in his q̄ ad exterioꝛis
hoīs ꝯfusionem. afflictōem: ꝛ exinanitionē spectabant:
sibi infimis obedire. Nō em̄ curiose libꝛabāt an h̄ me-
lius illo. h̄ securius. h̄ laudabili⁹ esset. sicut q̄dam faciūt
causa fuge. ꝫ cūcta q̄ nō essent ꝯ̄ deū q̄ntumcūq̄ꝫ ardua
ꝛ vilia: dū cernerent esse ꝓm bn̄placitū p̄latoꝝ: adimple-
bant auiditate maxima. Tanta em̄ in eis erat obediē-
tie dilectio vt ad eā implendā non timerent discurrere
suꝑ aq̄s. nec ire ad capiendas leenas cū iniungeret eis.
ꝛ multa alia q̄ nō sufficio enarrare faciebāt. Nec em̄ iu-
dicauit esse infructuosum q̄ abbati obediēs q̄si impoꝛ-
tabiliter voluit ꝑ annū lignū aridū adaq̄re. Ibiq̄ꝫ appa-
ruit obediētie celsitudo: qꝛ qđ moꝛtuū ꝛ aridū fuerat ꝑ
obediētie meritū fructū fecit. Quid ḡ de obediētia glo-
riamur. cur nō poti⁹ de nr̄a suꝑbia ꝯfundimur. Nūq̄d
viri ꝯteplatiui possum⁹ noīari: timeo ꝙ nec etiā chr̄ia-

ni. sed potius imitatores luciferi possumus ꝛ demonia ci appellari. Quō em̄ chꝛian⁹ dici pt q̄ chꝛo ꝯria nititur adimplere. Nunq̄d chꝛs ꝯsiderauit ꝙ ipe erat deus: et ſm humanitatē omni grā ꝛ scientia plen⁹: imo quantū ad animā iam beat⁹: q̄ beate virgini ꝛ ioseph erat subditus. In soluendo etiā didꝛagma seruis demonū voluit obedire. Nos ꝟo sum⁹ sepulcra dealbata hypocrisi plena ossib⁹ moꝛtuoꝝ. hoīb⁹ exteri⁹ moꝛtui apparētes ꝛ interius tumoꝛe sup̄bie vegetamur. Iā obedire renuentes dicimus: ꝙ nō sum⁹ vocati in seruitutē ſ3 poti⁹ in libertatē. Ignoꝛam⁹ em̄ ꝙ obedire vel seruire deo ī hac obedientie seruitute regnare est. Quāto em̄ mag̃ nosmetip̄os subÿcimus: tanto maioꝛi honoꝛe efficimur digniores. Nō solū em̄ ip̄a obediētia reges ꝯstituet in futuro. ſ3 ꝛ nunc si in sua p̄fectione existat: facit creatur̃ oībus dn̄ari. Ad statū reducit pꝛistinū. ꝛ nihil ꝯrium (nisi ad p̄fectū anime fuerit) molestare p̄mittit. Aduersa facit pꝛosp̄a. ꝛ hoīem adhuc in moꝛtali coꝛpe facit angelice se habere. necnon ꝛ sui dn̄i honoꝛem facit appetere cum feruoꝛe. ꝛ omībus postpositis laudem dei facit querere cū magna auiditate in q̄libet creatura. nec momentum p̄mittit p̄transire a seruitio dei sui. O virtus mirabilis: qui sui facit hoīem obliuisci ꝛ in suū semper tendere redemptoꝛē. ꝛ in terris ambulantē facit ī celestibus habitare. Quid ergo murmuras de obedientia o sup̄be. Cū em̄ dicit Apl's. ꝙ in seruitutē nō sum⁹ vocati. innuit ꝙ non debemus nec deo nec pꝛelatis obedire timoꝛe seruili ad modū seruoꝝ. ſ3 timoꝛe filiali ꝛ liberali ad modū filioꝝ. ac si voluerit dicere ꝙ de cetero voluntatem nostram pꝛopꝛiam non faciam⁹. Cū em̄ dn̄s iesus chꝛistus dicit. qui vult venire post me. non adiungit beneplacitum suū sc3 sequat̄: sed abneget inq̄t semet

ſpm ⁊ tollat crucem ſuã ⁊ ſequaꝛ me. Et tota ſacra ſcri/
ptura .i. tã vet⁹ ꝙ̃ noua obedientiã laudat. Si eñ bo/
nam ſupbiã hñs nõ renueres deo tã in ſe ꝙ̃ in alio q̃cũ
ꝙ̃ plato viliſſimo obedire. ſꝫ poti⁹ dedignarer aĩaꝫ tu
am tã nobilẽ ſubijcere alicui alij creature viliſſime. Mi
rum eſt aũt ꝙ dedignaꝛ hõ deo ſuire in plato. ⁊ nõ de/
dignaꝛ ſeruire vni libero aut alicui alij creature viliſſi/
me. ſꝫ totũ tp̃s ſuũ nitiꝛ expẽdere circa illð. Jdoqꝫ paup
ſolitari⁹ ſi cerneret ꝙ pl⁹ ꝙ̃ ali⁹ ſe offenderit ⁊ ꝯ dñm
ſupbe egerit. ſuã voluntatẽ in vindictã dei ⁊ ſui nitereꝛ i
oib⁹ abnegare. ⁊ ſeip̃m abhorrẽs vellet ab oib⁹ ꝯculca/
ri. ſꝫ tñ ad honorẽ dei ſui oĩa referẽs. Qð facere ip̃e cõ
cedat nobis q̃ volens pr̃i obedire crucifix⁹ eſt ꝓ nobis
redimendis. Amen.

¶☞ Qꝛ tentationes ſtꝫ vtiles ſeruis dei Ca. XII.

O Mire benignitatꝫ altiſſime q̃ nos tẽtari pmittis
nõ vt capiamur. ſꝫ vt timentes ad te portũ tutiſſi/
mũ fugiam⁹. More bone matrꝫ facꝫ o dñe q̃ filiũ
ſuũ a ſe elongatũ videre deſiderãs ⁊ amplexari p terri/
bile aliqð timorẽ inducit ⁊ expandẽs brachia filiũ reci/
pit fugientẽ cũ gaudio. ſibi arridet ⁊ oſcula dulcia elar/
giꝛ. ⁊ ne al's a ſe recedat hortaꝛ: vt nõ accidat ſibi malũ
ꝯſolaꝛ ad ſe ſtringẽs ⁊ demũ vbera ſubminiſtrat. O fe/
lix tentatio q̃ ad diuinos amplex⁹ fugere nos cõpellit.
O dulcꝫ dñe: q̃ nos pmittis vndiqꝫ effugari ⁊ te ſꝫ tri/
buis refugiũ ſalutare vt tecũ oĩ tp̃e ꝯmoremur. Non g̃
te tentatões hñe mirerꝫ o hõ: ſꝫ ad deũ fugias expaueſ/
cens. ibiqꝫ (ſi tẽtari noluerꝫ) reſideb. ſin autẽ capi poterꝫ
⁊ damnari. Si aũt deo tuo nimiũ te elongatũ repererꝫ
nec potes ad eũ recurrere pleno corde: ad chr̃m tibi pri
mũ accelerab. ⁊ in ſui lateris puteo pãno ſuppoſito ab/
ſconderis. ⁊ ne timeas ꝙ te inueniat inimic⁹. ¶Hoc

semꝑ ꝓ generali regula habeas. ꝙ qñcunqꝫ voluerꝭ deum ad te ꝓfunde inclinare: in corde tuo vl'nera chri por ta. ꝛ eius ꝯspersus sanguīe te pri quasi vnigenitū p̄sentabis. ꝛ ip̄e tanqꝫ pr dulcissim⁹ tibi plenarie ꝓuidebit. Accede ḡ ad christū ꝛ eū suppl'r dep̄ceris: vt exq̄ nō decet ip̄m denuo vulnerari: digneť in tuo corꝑe sua vulnera renouare: teqꝫ totaliť suo sanguine rubricare. ꝛ sic indutus purpura poterꝭ regꝭ palaciū introire. O tētate vulnera hec meditare. ꝛ hec sꝑ tibi erūt refrigeriū ꝛ solamen. Nec dubites ꝙ si ea in corde tuo impresserꝭ: nulli adit⁹ tentatōi patebit. Quis em̄ vidēs dn̄m glie nostris sceleribꝫ sic ḡuiter vulneratuꝫ auderet iteꝝ scelera ꝑpetrare? Et si ꝓ ip̄oꝝ vulneꝝ reuerētia atqꝫ cōpassiōe nō desisteret a pctō: saltē qꝛ videret ꝙ sine ꝯꝑatiōe grauior pena debereť pctōri in oibꝫ q̄ꝫ innocenti: a pctō deberet timere ꝛ etiā abstinere. Si aūt ꝯ te etiā ip̄m christū ꝓpter tuas nequicias videris indignatū: ad sp̄ē peccatoꝝ ꝯfugias matrē suā. ꝛ ip̄i tanqꝫ matri dei reuerentiam exhibebis: ac fusis lachrymis ei⁹ auxiliū postulab Et si ꝑseueraueris nō quiescēs. nō dubites q̄n ab ea qđ volneris impetrabis. Secum em̄ creuit miseratio ꝛ sibi ꝓ miseris satisfacere ex officio est ꝯmissum. Et cum magna diligētia exercet: qꝛ qđ cōiter exercet erga om̄es tibi nō poterit denegare. Or ꝛ si nullo° te viderꝭ cōsolari. noscas deū te diligere. ꝛ h̄ facit vt pctōꝝ tuoꝝ profunditates agnoscas. ꝛ tuā miseriā nō ignores. Et hoc maximū dei donū est. Nō em̄ sibi placet p̄sumptio aliquoꝝ q̄ se iustos reputāt. ꝛ ad ip̄m altissimuꝫ tanqꝫ ad familiarē amicū accedūt. Uult em̄ vt q̄ntūcunqꝫ q̄s sit magn⁹ se miseꝝ ꝛ q̄si nihil reputās ad ip̄m veniat cum pctōꝝ suoꝝ ꝯfusiōe ꝛ magna reuerētia ꝛ timore. ꝛ magnum; imo maximū r̄putet quantūcunqꝫ magn⁹. si ip̄m

immensus deus noster dignatur saltem alonge intueri Ideoq pleno corde dei magnitudinẽ ꝛ suã paruitatez ꝯfiteatur ꝛ dicat. Dñe non solũ nõ sum dign⁹ vt intres sub tectũ meũ: ſꝫ nec vt tibi appropinqre valeã vllo mõ. Sufficit em̃ mihi vt tue pietatis oculis me digner ꝛ respicere a remotis. Dico ꝙ si in h̃ pseueraueris nõ quiescens. non solũ te videbit: ſꝫ ad sua secretissima te introducet. Quod ipe facere dignet qui est benedict⁹ in secula seculorum Amen.

¶☞ Quõ tentatio de predestinatiõe repmi debet. Ca. XIII.

Si de pdestinatione aut pscientia dei aliqua cogitatio tibi subrepat: sic responde diabolo talia ppinãti. Quicquid em̃ sit de me: te certum est esse damnatũ. ſꝫ si ego pscitus sum ꝛ deũ meum non debeã habere post hãc vitam: totis tñ viribꝫ laborabo vt ipm saltem habeã in pñti ꝛ ipm possideã qñtũ possum: ne in vtroq statu caream tanto bono. Momẽtum ꝗ tpis de cetero non dimittam: quin fm meũ posse totaliter fruar ipo. ꝛ semp in ipo summa iocũditate delecter. exquo eternã miseriam assequi debeo in futuro. Nõne mihi summa vesania esset si certũ est me eternalibꝫ ignibꝫ cruciandũ me inimico meo tradere in psenti ꝛ exnũc incipe cum diabolo ꝯuersari. Nõne sufficit illa miseria nisi me nũc misez faciã añ tps. Imo certe plus pdestinãti me deo meo put potero tõliter exhibebo: vt nihil sit i me. nec cor. nec ligua. nec cetera mẽbra qñ ꝯtinue sint in fruitio dei mei: vt saltẽ dũ possũz ꝛ qñtũ possum habeã sũmũ bonũ. Sicut ei sclares q in qdragesima nõ dñt comedẽ carnes: volũt i carnispriuio carnibꝫ abũdare. sic de dec facere deberet q de sua pñtia esset cert⁹. Et h̃ pcipue faceret q ꝗꝫ suauis est dñs degustaret. cetera ꝑo delicata absinthiũ reputaret. Sꝫ quantũ

tuncq͞ me deus presciuerit sciam. constat mihi et scio q͞ seipm negare nõ pt. Eũ g͞ tot͡ ment͡ viscerib͞ amplexabor. et ipm stringens fortiter: etiamsi aurora apparuerit nisi mihi benedixerit nõ ipm dimittã. q͞ si benedixerit mihi nec etiã tunc dimittã. et sine me recedere nõ valebit. Licitũ est em̃ mihi inferre sibi violentiã in hac pte: cũ ipe ꝯmẽdet illos q͞ regnũ celoꝝ rapiunt violenter Aut certe scio q͞d faciã. In cauernis vulneruz suoꝝ me abscondã. ibiq͞ quiet͞ latitabo. nec extra se me inuenire poterit: et etiã expellere nõ decebit: q͞ d͞t. Eũ q͞ venit ad me nõ eijciã foras. Et sic me damnare nõ poterit. nisi se ipm iudicare voluerit. Aut ad matr͡ sue pedes ꝓuolutus stabo. et q͞ ꝓpter pctõres mat͞ dei facta sit allegabo. et vt mihi veniã impetret implorabo. Nec repulsaz ab ea pati potero: q͞ fons pietat͡ ab oib͞ p͞dicat͞. Ipsa em̃ non misereri ignorat: et miseris nõ satisfacere nunq͞ sciuit. Nõ credo q͞ ꝓpter me nouam velit addiscere lectionem. ideoq͞ ex ꝯpassione maxima an͞ filiũ suuz mecum (si dici p͞ot) apparebit: et mihi ad indulgentiã quãtocius suum vnicum filiũ inclinabit. Et sic triplex refugiũ habeo: q͞d quasi triplex funiculus difficile ꝯfringet͞. ¶ Nec si predestinatus sum et eternã patriã debeã cum angelis possidere: certe debeo exnunc vitam angelicam ducere: non humanã. Totum me illi exhibere debeo q͞ se mihi in premiũ p͞parauit: et hac portione contentus nihil aliud amodo debeo affectare. Iustus est em̃: et si alid͞ q͞ ipm quererẽ ꝯ me posset rõnabiliter indignari. et quem visurus sum mihi beniuolum: viderem statim iratũ et ꝯ me sententiam inferentem. Igit͞ in fine diabolo sic conclude. Quicq͞d de me futurum sit: a seruitio dei nõ desistã et ve tibi qui nõ potes tanto dño ministrare: et eius dulci presentia iocundari etc.

¶☞ Questio carnis ad deũ patrem de Christo

Carnem ꝯ spm̃ ꝑ ꝯtemplatõem Ca. XIIII.
eleuatũ: imo ꝯ chr̃m aĩam eleuantẽ ausculta. Inquit caro. Tibi deo pr̃i iusto ac miſcðie infinite de tuo filio ꝯq̃roꝛ vt tua iusticia ꝯsideret violentiã mihi factam ⁊ miſcðia tua mee miserie ꝯdeſcẽdat. Ille tu⁹ filius plen⁹ ſciã ⁊ ṽtute: me sua ſapĩa circũuenit ⁊ sua virtute violentiã mihi fecit. Ille tu⁹ filius sua ſapĩa se sub carne mihi ſĩli occultauit ⁊ ad me hũilitate nimia ⁊ benignitate inenarrabili callide subintrauit. Omibꝫ fuit humilioꝛ. oĩbꝫ deſpectioꝛ. oĩm neceſſitates aſſumpſit. et oĩm ĩfirmitates ꝑtauit. ꝑ oĩbꝫ crudeliſſime voluit crucifigi. tã cõpaſſione q̃ʒ grauiſſima paſſione voluit affligi. coꝛdis sui amoꝛẽ ꝑ apertiõem later⁹ sui voluit demonſtrare. indeqꝫ voluit in remediũ emanare ſacr̃a. Quid plura: Suã carnẽ ꝯstituit in cibũ. suũ sanguinẽ in ꝑtũ. ⁊ seipm̃ ꝓmiſit in pꝛemiũ. tua p̃cepta faciẽtes matrẽ fratresqꝫ vocabat. Demũ nõ solũ in via ſ; etiã in patria ꝓmittebat ꝙ se succingeret. ⁊ eis ad mẽſam tuã. comedẽtibꝫ transiẽs miſtraret. His oĩbꝫ ⁊ alijs q̃ nec ſcio nec valeo enarrare. aĩaʒ mihi deputatã allexit nimis. ⁊ nõ solũ allexit. ſ; etiã intus intrãs sua attraxit ṽtute: intim̃ vt sic sibi ipam suis blãditijs ꝯiunxerit vt iã de me non curet. ſ; poti⁹ affligat deijciat. cõculcet ⁊ ad nihilũ redigat. ⁊ qð grau⁹ videt̃ h̃ mihi inferentes diligat. ⁊ ꝑ eis oꝛõnem ſpẽalẽ fundat: ⁊ si nõ inferant̃ inferri appetat. Sicqꝫ moꝛtificoꝛ ⁊ nõ curat. i limo iaceo ⁊ exultat. Sʒ q̃d: Doloꝛẽ doloꝛi addit: ⁊ vt intẽſe doleam cupit. hec sua gl̃ia videt̃ eẽ mihi inferre iniuriã. cõtumeliã. ⁊ q̃cq̃d viliſſimũ credi p̃t. Sicqꝫ me desolatã afflictãqꝫ relinq̃t ⁊ ipa ſp vult tuo filio cõmoꝛari. ſp sua carne cibari. suo sanguĩe iebꝛiari. ⁊ vbicũqꝫ fuerit vult ſp secũ pariter cõ

morari. Nunc autē secū apparet in presepio parua. nūc secum brachijs virginis amplexat᷑. ꝟginis brachijs deportatur. lacte ꝟginis fouet᷑. Nūc secū famescit. tūc secū sitit. nunc secum conspuit᷑. nunc secū vulnerat᷑. nunc secū in cruce tristat᷑. nūc secū in celis apꝺ te letat᷑ ⁊ cōsolatur. quocunqȝ prexerit secū vadit: sine ipō esse non requirit. ad nihil potest se vertere sine ipō. Quid igit᷑ dicam deus pater de filio tuo: q̇ aīam meā mihi deditam sic suo inebriauit amore: sic aut alienauit a me. Si rapinam cōmisit iubeas restitui: Nec em̄ mihi parū videt᷑ sic rapere vnā mētē. Cur em̄ mihi aīa deputata solū filiū tuū diligit: cur me sic odit: cur cet᷑a derelinq̇t tui filij amore absorpta. Gradit᷑ sine sensu. iam nihil audit. nihil aliud videt: nihil aliꝺ gustat: nihil aliud odorat. ⁊ sp̄ vult int᷑ sua brachia ꝯmorari. Ibi iocūdat᷑. ibi letat᷑. ibi delicijs abundat. ibi nimio amoris dulcore inebriata cubat. Nec mirū si hec aīa mea tantuȝ cū filio tuo adhesit. q̇a nisi eēt lapide durior ⁊ ferro insensibilior: ex quo sibi tāta filius tuus fecit: aliter facere non deberet: imo aliter stultissima appareret. Et vbi est sic dur⁹ lapis qui tanti amoris ardore non scinderet᷑. imo liquefieret sicut cera si sibi fierent om̄ia supradicta. Et ideo non ꝯqueror de ea tibi benignissime pater: q̄r fecit qꝺ debuit. ß de tuo filio qui eam nimis allexit beneficijs. ac me in tanta miseria derelinquit.

¶☞Responsio patris ad carnem Ca. XV.

Attende ⁊ audi quid respōdeat pat᷑ clemētissim⁹ carni. Quia creatura mea es tibi iusticiā cū misericordia exhibebo Nā cū ancilla aīe esses: sp̄ tamē dominari voluisti. ac sp̄ inordinate egisti. tibi non mihi eam seruire fecisti. ipsam ad oīa mala pronā reddidisti. ⁊ qꝺ peius est eā ad imaginē meā factā diabolice seru

tuti subdidisti. Eam bestijs peiorē fecisti. eam fetidā ꝛ abominabilē exhibuisti. eam sup oēm caliginē denigrasti. ꝛ intm̄ eam alterasti vt creaturam meā tam nobilem cognoscere nō valerē. Oportuit ğ (qꝛ eā q̄īn carne erat nimis diligebam) meum filium incarnari: vt eā alliceret ad suum meūq; amorē. ꝛ qꝛ tibi carni aīa adherendo mortua erat: vt viuificaret: meum volui filiū incarnatum pro ea occidi. Nec fuit filij mei hic aliqua circumuentio vel deceptio. ꝟ mea suaq; ineffabilis dignatio. Et qꝛ tu caro a sue infusionis pncipio sp male egisti meus ꝓo filius erga eā nimio exarsit amore. ꝛ se totum sibi exhibuit. ideo iusticia mea multa exigit: vt eam totam ꝛ totaliter sibi dimittā. ꝛ ipā te plus q̄ꝫ stercus abhorreat ꝛ ab omīb abhorreri cupiat. Sꝫ quia nō solū iusticiā sed ꝛ miscdiam implorasti: volo vt aliqn̄ etiam in pn̄ti dulcedine (quam in meo sentit filio) pfundaris. et insuper in futuro nobilissime ac pfectissime te dotabo. ꝛ si bene anime in omnib obedieris: exnunc non solum a pena eterna: sed a purgatorio te absoluo. qui viuo in eternum.

Meditatio deuota ꝛ humilis sup salutatione angelica. scꝫ Aue maria Ca. XVI.

AUe maria gratia plena dn̄s tecum ꝛc̄. Tibi dn̄e deus gr̄as ago q̄s possim ex intimis pcordijs meis: q dignus es nr̄am assumere naturā ꝛ virginali vtero baiulari. ꝛ ex ea ꝟgine nascēs lacte nutriri. ei⁹ fouerī gremio. ꝛ ei⁹ subijci impio. q oīa ꝯseruas ꝛ regis. ꝛ me fetidissimā saniem ꝛ turpitudinē detestabilē ꝛ abominatōe plenū: ꝛ om̄i vita. imo eētia indignū: dignatus es tantū illustrare vt sciā te mr̄em habere. ꝛ hoc mihi indignissimo ꝯcessisti: vt ipam possim ꝛ audeā salutare. Nō eīn dn̄e fecisti taliter oī nationi. ꝛ ħ summū be

neficium non manifestasti eis. Ubi est dñe peculiaris ille tuus ppl's quē in manu potenti ꝛ brachio extēso de terra egypti ꝑ desertū in terrā ꝓmissiōis eduxisti tot si/gnis ꝛ ꝓdigijs magnificētie tue: Nōne dñe iste est ppl's ille cui h̄ bñficium ꝓmisisti: Cur igit̄ nō sibi tuis culto/ribus ꝗ nob idolatris ꝛ infidelib̄ h̄ tuū summū ꝛ maxi mū bñficiū reseruasti: Quare nob paucꝫ cū multi ꝛ q̄si infiniti populi hoc ignorent. Nonne dñe vniuersorum es creator ꝛ omēs ad imaginē tuā fecisti: Nonne dñe se creta ꝯsueuerunt pandi amicis: Cur nunc dñe inimicꝫ ꝛ maxime mihi: qui a vertice capitis vsq ad plantā pe/dis infectus sum. ꝛ totus tendo ad ea que tue sunt con traria voluntati: Cur dñe tam nobile donū. tam excel/lentez thesauꝝ tuo infidelissimo ꝛ nequissimo seruo de/disti: Nonne dñe tibi videt̄ ꝙ nō honorē sed derideam matrē tuam: qñ supbus humilē: imo humillimā supbis/simus. castissimā immūdissim⁹. celestissimā imo diuinis simam vanissimus ꝛ terrenissim⁹. sanctissimā impijssi/mus. mr̄em dei fili⁹ diaboli salutare p̄sumo. Ubi est bone iesu nūc reuerētia matrꝫ tue: cur tales eā salutare ꝑmittꝫ: Sꝫ o pijssime iesu ꝓpter tuā erga nos nimiam charitatē nō sufficit te oī derisui ꝛ ꝯtēptui ꝓpt̄ nos sub/iacere: ꝗ matrē tuā iā ad dexterā tuā sedentē ꝑmittꝫ pol lutꝫ labijs tractari: vt possis corda nr̄a tuo ꝛ eius amo re inflāmare. Nec dubiū est ꝙ indignissimi sum⁹. ꝛ cre/do firmiter ꝙ null⁹ sit celestꝫ angel⁹ q̄ eā (vt digna est) valeat salutare. q̄nto magꝫ ego immūdissima creatura. Miꝝ videt̄ qūo miser hō nō tremit ꝛ expauescit tantā dñam salutare. Sꝫ illō detestabile nimiū est ipaꝫ noīa re ore. ꝛ corde vana ꝛ inutilia: imo nefanda tractare. ip/samq allo q̄ tergo ꝟso. Cū oī em̄ reuerētia. hōre ꝛ deuo tione est ꝟgo beatissima salutanda. ꝛ ipsa tales querit

qui ad eaȝ deuote ꝛ reuerēter accedāt. Hos eñi diligit. hos nutrit. hos in filios suos suscipit. O beatus q̄ de tam nobili matre letat̃. ipam corde amplectit̃. ope imitatur. O felix qui matri dei ſm posse suū nitit̃ ꝯformari. Hic est certe q̄ omī creatura ꝯtempta soli deo singulari amore inheret. ꝛ crucifix⁹ cū chr̄o salutē aiaꝝ sitit. O mirū vere. q̄ūo nō rapit̃ exultatōe corꝫ talē virginem salutantis. Matrē dei alloquit̃. deū ex ipa factū hoīeȝ cōtemplat̃. Hic videt ima summis: ꝛ summa imis ꝑ se vanitate ꝯiungi. Q̄ūo queso nō liquescit in hac salutatione mens nr̄a: vbi deū nos tantū dilexisse videm⁹ vt ex ꝟginali vtero dignatus sit fieri frater nr̄. Os eñi nostrum ꝛ caro nr̄a est. O mira ꝛ ineffabilis diffusio bonitatis diuine. Quanta queso erga talē ꝟginem deberet cor nostꝝ deuotōe diffundi ꝑ quā talē ad nos meruimus diffusionē diuinā. ꝑ quā certe meruim⁹ deo esse cō fratres ꝛ coheredes in regno. Mira deberet dulcedie os nostꝝ abundare: cū tam dulcē dn̄am ꝛ benignā salutamus ꝛ eius bn̄dictum⁹ fructū. Suauissim⁹ eñi ꝛ dulcissim⁹ est fructus eius. ꝛ in ore ꝛ in corde sapient꜡ dulcescit. O q̄ꝫ mira est hui⁹ ꝟginis fecūditas. q̄ dū salutatur deuote ad cor salutant꜡ suauissimū suū fructū emanat. Quāto aūt in eius fructu quis ampli⁹ iocundat̃: tanto ab ea ampli⁹ impetrat. ꝛ nisi dicat sufficit nunq̄ꝫ cessabit. O mira dn̄a miꝝ videt̃ q̄ūo nō tantū delectamur in te salutādo q̄ꝛ ꝓter te ꝛ fructū tuū cetera ignoremus. Q̄ūo queso nō est ad te tantū intētus hō ꝓpt̄ tuā suauitatē nimiā: vt etiā semetipm a se abstract⁹ ignoret O raptrix cordiuȝ. o absorptrix mentiū. Cur nos dn̄a ingrauidas tuo fructu? Cur nos deo nr̄o impregnas? Cur luto imples celos: ꝛ vanissimos fac꜡ diuinos: cur nos obsecro filij tui inebrias amore: cum nec tibi nec si

bi aliquid impēdere valemus. Quid tibi pdest aīarū amatrix q te z filiū tuū nimio diligam⁹ amore. Nonne tibi celestia sufficiūt: cur terrena corda requirꝭ. cū tamē sint fetidissima z terrena. Accipe aīaꝝ venatrix z refoue in sinu grē tue. Quis eñ pt aīaꝝ venatrix effugere claritatꝭ tue fulgorē: z tue radios pietatꝭ: Nec eñ est q a calore abscondere se possit: qꝛ beneficijs tuis pleni stꝭ celi z terra. Quocūqꝫ eñ pgamus occurrit nob diffusio vteri vginalis. Ecce g vndiqꝫ nos tuis bñficijs irretisti. z sp z vbiqꝫ tue benignitatꝭ laqueos extendisti: vt a te matre dulcissima fugere rōnabiliter nequeamus: s sp in tue dulcedinis gremio quiescam⁹. Currite g charissimi vndiqꝫ z tā nobilē z suauē vginē salutem⁹ (aue) Patientiā habe dña q angelicā salutatōem pmo z angelice nō viuo. s poti⁹ diabolice. horrēdus sum z te salutare psumo. Confido certe dulcissima de nimia bonitate tua z tuo inflāmat⁹ amore te (qꝫuis idign⁹) nō vere or salutare (aue) Quid mihi dña dulci⁹ tuo aue: O mirum aue: qd qdam celesti dulcedie inebriat cor deuotū. Certe iam dicere pt deuote salutās. Liquefacta ē aīa mea vt salutaui dñā meā. Defecit cor meū z caro mea dū alloquor dñam meā. Quis in te nō deficiet vgo sacra dum cernit hac salutatōe preuia te filio dei impregnatam: Quis hō nō deficit dū cernit dei filiū tuo vtero baiulari. tuo lacte nutriri: Quid g libenti⁹ audis o domina qꝫ salutatiōem q recognoscerꝭ mat dei: Sic in te vis hoīes iocundari vt sp in eū (cui⁹ mater es) refundatur affect⁹. Non eñ puto vt velis aliter nisi vt mater dei salutari: nec etiā cognosci. Porta es cristallina. z p te vis tuo filio nos ꝯiungi. Sꝫ aue z vere aue. nam cor nostꝝ aperuit tuum aue. O mirabile z supadmirabile aue. ad qd demones effugant: pctōres liberant. filij de

lectantur.angelus gratulaẗ.verbũ incarnatur.ꝟgo grauidatur. Certe aue..cuius fructu creature renouantur: hoies redimunẗ.angeli repanẗ.ꝗ tibi aue vniuersa creatura sine fine ꝓmat. O dulcissimũ ꝛ suauissimũ aue:ꝗ terrestria letanẗ.celestia iocundanẗ.ima summis iungũtur. O aue:qꝺ intellectũ irradiat. affectũ satiat.mentẽ ad celestia leuat:quo anim⁹ illustraẗ.pect⁹ dulcoratur. caro maceraẗ. Igiẗ aue. O cathenale aue:qꝺ coꝛ ꝯstringis cũ ꝟgine ꝛ sepas a terrenis. cũ misericoꝛdissima misex.cũ dña seruũ.cũ matre filiũ firmissime ligas. O amabile aue accedat vt salutet ꝗ vult cathenari amoꝛe. ꝛ cũ salutauerit ex coꝛde:ampli⁹ foꝛtiusqꝫ ꝯstringetur ꝛ quanto ꝯstringeẗ foꝛtius: libẽtius salutabit. Sicqꝫ amoꝛ ꝛ aue mutuo se augebũt donec coꝛ salutant⁹ deficiat pꝛe dulcoꝛe. O ꝟginis amoꝛ:diuinũ reddis amantẽ virgineũ facis iã multa soꝛde pollutuꝫ. Ergo aue dña mea:mater mea.imo coꝛ meuꝫ ꝛ aĩa mea ꝟgo maria et maria mea aue. O nomẽ suauissimũ.nomẽ iocundissimũ.nomẽ dulcissimũ:nomen marie. Quid feci.qd pꝛesumpsi.qũo excessi ꝙ nomiare te audeo? Quis vnqꝫ talia audiuit:vt ꝑditionis fili⁹. pctõꝝ saccul⁹:demonum famul⁹ te noiare ꝑsumat. O amoꝛ mei nomen matris dei.uereri nescit amoꝛ.mihi ꝑce dña: ꝙ me amare dicam te. Etem̃ si nõ sum dignus: non es indigna amari Quis o dña te amare desistet.cuius bñficijs grãꝫ ꝛ gloriam impetram⁹. Per te dña frangunẗ vincula.soluuntur debita.vicunẗ vicia.solidanẗ ꝯfracta.repanẗ ꝑdita. renouanẗ vetera.roboꝛauẗ infirma.magnificanẗ minima.exaltanẗ infima.incepta ꝓmouenẗ.impfecta ꝑficiũtur.ꝑfecta ꝯsummanẗ.coꝛ purgaẗ. refulget mẽs.anim⁹ inflãmaẗ.liquescit pectus.dulcescit gust⁹. decoꝛaẗ aspectus.desponsaẗ peregrina.traduciẗ sponsa. ꝛ resoluitur

anima. Omnia hec per te virgo maria.ergo aue maria. Vere maria stella maris.amarum mare ꝛ dña. Stella maris.mundo totaliter in amaritudine posito. lucis eterne radium emittēdo. Amarum mare.coꝛ tuū ī passione filij tui in cruce ꝓ nob pendentis totaliter trāssoꝛmando. Domina:sup omnes angeloꝝ choꝛos ad filij dexteram ascēdēdo Et stella mar es nos dirigēdo.amaꝝ mare compatiendo.ꝛ domina es pꝛotegendo. Stella maris es honestate.amaꝝ mare pietate. sed dña potestate. O dñe deus quid tibi retribuemus pro omnibꝫ que dedisti nobis. Quid tibi faciemus aut facere possumus:ꝙ nobis in amaricatione amaritudinis positis tenebꝛis vndiqꝫ circūseptis: a poꝛtu salutis nimiū elegantis. turbinibus ꝛ ꝓcellis ad naufragium agitatis: imo tempestate nimia pene submersis. tam nobile solacium. tam dulce consoꝛtium. iam efficax auxilium.tam pium subsidium:virginem mariam irradiantem stellā dedisti. O certe beata nox.ꝛ felix tenebꝛa.ꝛ glorioſa caligo:que tali stella meruit irradiari. Certe hec nox illuminatio mea in delicijs mei O gloꝛiosa virgo si es stella maris.semꝑ volo in hac vita esse in mari vt sis semꝑ mea stella.sꝑ in mari sim ꝑfecte amaritudinis de peccatis meis gemendo.chꝛisto crucifixo intime ꝯpatiendo. pꝛoximoꝝ miserijs ꝛ vicijs ꝯdolendo. Sꝑ volo in hoc triplici pelago nauigare: vt sꝑ habeam huiꝰ stelle ducatum. Ve ve illis qui sunt in delicijs ꝛ nolunt in hoc mare intrare:qꝛ hac dulcissima stella carebūt. Currant vndiqꝫ tribulatiōes ꝛ sepiant amaritudinibꝫ inauditꝫ:nō timebo qm̄ tu mecū es.imo tunc vere mihi refulges cū velatus sim angustijs.cū omī hūano auxilio destitutꝰ. cum intrauerit aqua vsqꝫ ad aīam meā.cū abiectus fuero ꝛ repꝛobatus ab omnibꝫ creaturꝫ. De pctōrē neqꝫ

simũ ꝛ om̄i malo dignissimũ impugnet ꝛ stimulet obse-
cro tota hec mundi machina vt mecũ sit hec stella ma-
ris maria. O felix cũ fuero ab oib⁊ exprobrat⁹ ꝛ cõcul-
catus ꝛ ab hac stella suscept⁹. Stella est marꝫ ꝛ i ama-
ritudine positꝫ ipa relucet. O ꝙ̄ dulce ꝛ delectabile o-
culis videre hanc lucẽ. O ꝙ̄ bona ꝛ amabilꝰ ꝯmutatio
oẽm mundi ꝯsolatiõem abhorrere. ꝛ lõge a se irrecupa-
biliter eiicere, ꝓ refulgẽtia stelle maris. Plus em̄ valet
vna sola illustratio illius stelle ꝙ̄ oim mundanorum.
Quis ḡ ois amaritudinis ꝛ ꝯpassiõis ꝛ passiõis mare
non gaudẽter intret: vbi refulget hec stella. Nec paue-
at coꝛ ꝑfectũ. qꝛ im̄possibile est naufragiũ fieri hac stel-
la radiãte. nec põt nubes aliq̃ interponi nisi volẽti. O
dña mea: tu in hoc mari es nob̄ nauis sustentãs ꝛ por-
tans. anchora stabiliens ꝛ firmans. gubernaculũ diri-
gens ꝛ rectificans. velũ deducẽs ꝛ obumbrãs. stella re-
fulgens ꝛ salutis portũ demonstrans: imo impetrans ꝛ
ꝯseruans. Quis ḡ non libenter h̄ mare ꝯpũctionis cõ-
passionis ꝛ passionis intrabit. vbi tu nob̄ in om̄ib⁊ sub-
uenis ꝛ ministras. Imo vt pl⁹ audeã dicere: tu es ma-
ria amaꝝ mare facta ꝓpter filij tui passionẽ ꝛ iniquita-
tum nr̃aꝝ ꝯpassionẽ. Nõ ꝙ mõ aliquid tristabile patia-
ris. ß ꝯsidero mentẽ tuã ſm ꝙ in hac vita iuxta crucem
viuebas. Hoc ḡ duplex intrem⁹ mare. s. tuo filio cruci-
fixo ꝛ tuo cordi sibi infixo ꝯpatiendo. ꝛ de nostrꝫ iniq̃ta-
tibus q̃ tante fuerunt necis occasio intime contristãdo:
si volum⁹ coꝛ tuũ intrare. qd̄ factũ est mare magnum ꝛ
spaciosum nimis. Quis ḡ nõ libenter intrabit h̄ mare
vt possit coꝛ ꝟginis introire: Certe hi bene intrant coꝛ
tuum ꝛ sunt ꝯtinue in corde tuo: qui filij tui cõtinue ru-
minant passionem. Impossibile est em̄ mater pijssima
filij tui intrare vulnera ꝛ non intrare coꝛ tuũ. quia illa

vulnera sunt in corde tuo ꝑpetuo collocata. Sicut eñ illa stigmata sp erunt in filij tui corꝑe. sic sp in matrꝫ mẽte. Quis ğ ampli⁹ tardabit ⁊ pigritabit h̄ nauigiũ introire. Dulce est de te audire. ꝟ dulci⁹ de te cogitare. et dulcissimũ ⁊ suauissimũ ꝑ chr̄i vulnera cor tuũ intrare. Non ğ recedat hõ a chr̄i passione. ꝯtumelia. ⁊ vulnere si nõ vult de corde tuo exire. Ibi fit hõ tot⁹ ꝟgine⁹. totus sanctissim⁹: totus diuin⁹. Ibi obliuiscit̃ hõ sui: recogitans q̄ sunt matrꝫ ⁊ filij. Qd̄ nob ꝯcedat ille q̄ benedictus viuit ⁊ regnat in scl'a scl'oꝝ Amen.

¶ ☞ Meditatio humilis ac expositio suꝑ orōnem dominicam scꝫ Pater noster Ca. XVII.

